

14  
12en  
INSTRUMENTUM RATIFICATUM  
PACIS PERPETUÆ

*Inter*

S. R. M. POLONIÆ,

*Ejusq̄ Federatos ac Belli Socios,*

Sac. CÆSAR. Majest. & Suam Serenit. ELECTO-  
RALEM BRANDEBURGICAM,

*Ab Vna,*

*Et*

S. R. M. S V E C I Æ,

*ab Altera Partibus,*

Anno M. DC. LX. XXIII. Aprilis  
III. Maji

*OLIVÆ*

*INITÆ AC CONCLUSÆ.*

*Una cum*

RATIFICATIONIBUS  
ARTICULI SEPARATI  
DECLARATORII,

*Ratione*

E L B I N G Æ.

*Aliusq̄ his annexis.*

---

Cum Gratia & Privilegio Sereniss. Elector. Brandenburg.  
Regiomonti, Typis PASCHALIS MENSENII imprimebat  
IOSUA SEGBADIUS, An. DC. LXI.

12

num Ingrix & Wismarix, nec non Comite Palatino  
Rheni, Bavariæ Duce, Cognato Nostro charissimo,  
& Regno Sveciæ, ineunda; Qui congressi cum  
Majestatis Ejus & Regni Sveciæ Legatis & Com-  
missarijs, sequentia Pacta, uti verbotenus infra hic  
sunt inserta & expressa, inierunt, statuerunt ac con-  
cluserunt.

In Nomine

SACRO-SANCTÆ & INDIVIDUÆ  
TRINITATIS.

**N**otum sit Universis & Singulis, quorum interest,  
aut quomolibet interesse potest; postquam à mul-  
tis annis Bella disidiæ, inter Serenissimos Reges, Regnaque  
POLONIÆ & SVECIAE, orta, & interdum indu-  
cys, præcipue verò Sexennialibus Anno 1629, deinde viginti  
Sexennialibus Anno 1635, sopita & composita fuerint, ac de-  
niq; inter Serenissimum ac Potentissimum Principem ac Do-  
minum JOANNEM CASIMIRUM, Regem  
Polonia, Magnum Ducem Lithuania, &c. &c. &c. Et Sere-  
nissimum ac Potentissimum Principem & Dominum, Domi-  
num CAROLUM GUSTAVUM, Svecorum, Go-  
thorum, Vandalorumq; Regem, Magnum Principem Fin-  
landia, &c. &c. &c. deventum sit ad bellum, quod non so-  
lum dictos Reges Regnaq; Eorum per plures annos exercuit,  
sed & Polonia Fæderatos ac belli Socios, videlicet Serenissi-  
mum & Potentissimum Principem ac Dominum, Dominum  
LEO-

**N**OS FRIDERICUS WILHELMUS  
Dei Gratia Marchio Brandenburgensis,  
Sacri Romani Imperij Archi-Camerarius & Prin-  
ceps Elector, Magdeburgi, Prusſiæ, Juliæ, Cliviæ,  
Montium, Stetini Pomeraniæ, Caſſubiorum, Van-  
dalarumq; , nec non in Sileſia, Croſnæ & Carno-  
viæ Dux , Burggravius Norinbergensis, Princeps  
Halberſtadij & Mindæ , Comes Marcæ & Raven-  
sbergi, Dominus in Ravenſtein. Notum testa-  
tumq; facimus Univerſis & Singulis, qvorum inter-  
eſt ; Qvod cum Legatos & Commiſſarios Noſtros  
plenâ poteſtate ac mandatis inſtructos deputaveri-  
mus, ut in Tractatibus Pacis Perpetuæ Polono-  
Svecicæ in Boruſſiâ, interveniente Mediatione  
Chriſtianiſſimi Regis inſtituti tractarent, una iti-  
dem Nomine Noſtro de Pace perpetua cum Sere-  
niſſimo Potentiſſimoq; Principe ac Domino, Do-  
mino CAROLO, Svecorum, Gothorum, Vanda-  
lorumqve Rege & Principe Hæreditario, Magno  
Principe Finlandiæ, Duce Scaniæ, Eſthoniæ, Livo-  
niæ, Careliæ, Bremæ, Verdæ , Stetini Pomeraniæ,

A

Caſſu-

Wismariæ, nec non Comite Palatino Rheni, Bava-  
riæ Duce, Cognato Nostro charissimo, & Regno  
Sveciæ, ineunda; Qui congressi cum Majestatis  
Ejus & Regni Sveciæ Legatis & Commissarijs, se-  
quentia Pacta, uti verbotenus infra hic sunt inserta  
& expressa, inierunt, statuerunt ac concluderunt.

IN NOMINE  
SACRO-SANCTÆ & INDIVIDUÆ  
TRINITATIS.

**N**otum sit Universis & Singulis, quorum interest,  
aut quomolibet interesse potest; postquam à mul-  
tis annis Bella disfidiaq; inter Serenissimos Reges, Regnaque  
POLONIÆ & SVECICÆ, orta, & interdum indu-  
cijs, præcipuè verò Sexennialibus Anno 1629, deinde viginti  
Sexennialibus Anno 1635, sopita & composita fuerint, ac de-  
niq; inter Serenissimum ac Potentissimum Principem ac Do-  
minum, JOANNEM CASIMIRUM, Regem  
Poloniae, Magnum Ducem Lithuaniae, &c. &c. &c. Et Sere-  
nissimum ac Potentissimum Principem & Dominum, Domi-  
num CAROLUM GUSTAVUM, Svecorum, Go-  
thorum, Vandalorumq; Regem, Magnum Principem Fin-  
landia, &c. &c. &c. deventum sit ad bellum, quod non so-  
lum dictos Reges Regnaq; Eorum per plures annos exercuit,  
sed & Poloniae Fæderatos ac belli Socios, videlicet Serenissi-  
mum & Potentissimum Principem ac Dominum, Dominum  
LEO-

LEOPOLDUM, Electum Romanorum Imperatorem, semper Augustum, Germania, Hungaria, Bohemia, Dalmatia, Croatia & Sclavonia Regem, Archi-Ducem Austria, &c &c &c. Serenissimo Regi & Regno Poloniae, ad Ejusdem requisitionem auxilia ferentem, nec non Serenissimum Principem ac Dominum, Dominum FRIDERICUM WILHELMUM, Marchionem Brandeburgensem, Sacri Romani Imperij Archi-Camerarium, & Principem Electorem, Magdeburgi, Prussia, &c &c &c. Ducem, involvit; unde multa Christiani sanguinis effusio, cum plurimarum Provinciarum desolatione secuta est, tandem Divina bonitate factum, ut utringq, de Pace universali inter Regem Remq, publicam Polonam & Ejus Confederatos & belli Socios ab una, & Regem Regnumq, Sveciae ab altera Parte, suscepta sit Cogitatio, opera & studio Serenissimi ac Potentissimi Principis ac Domini, Domini LUDOVICI XIV, Galliarum & Navarra Regis Christianissimi, qui huic paci conciliandae Meditationem obtulit, & in ipso negotio Pacis, per Illustrissimum & Excellentissimum Dominum, ANTONIUM de LUMBRES, Dominum de Herbingen, Lööß & la Cloye, Comitem Consistorianum, Regijq, Ordinis Equitem, Legatum Suum, eandem Mediationem Serenissimis Regibus Poloniae & Sveciae, nec non Serenissimo Electore Brandeburgico, acceptantibus praestitit. In eum ergo finem, ex mutua Partium conventionione, constituta est dies quinta Ianuarij Anno 1660. Congressui Plenipotentiariorum Olivae instituendo. Comparentes igitur statuto tempore ac loco omnium Paciscentium legitime constituti Legati Plenipotentiarij, à parte quidem Serenissimi Regis Rei q, publicae Poloniae, Illustrissimi & Excellentissimi Domini, ex Ordine Senatorio quidem, Dominus JOANNES COMES à LESZNO, Palatinus Posnaniensis, Reginalis Majestatis Supremus Aula Praefectus ac Marechallus, Generalis Majoris Polonia, Mariae-burgensis, Corfunensis Gubernator, Dominus GEORGIUS LUMBOMIR

**BOMIRSKY**, Comes in *Vvisnicz & Iaroslav*, *supremus Regni Campi Marechallus*, *Generalis Cracoviensis, Scepusiensis, Chmielnicensis, Pereaslaviensis, Casimiriensis, Olstiniensis Gubernator*. Dominus **NICOLAUS** in *PRAZMOW* **PRAZMOWSKY**, *supremus Regni Cancellarius, nominatus Episcopus Luceoriensis & Brestensis, Abbatia Sieciechoviensis Administrator perpetuus, Prapositus sancti Michaelis Ecclesia Collegiata in arce Cracoviensi*. Dominus **CHRISTOPHORUS** **PAC**, *supremus Magni Ducatus Lithuania Cancellarius, VVilkowiscensis, Ostrinensis, Kozienicensis, Klezselensis, & Nemonocensis Gubernator*. Ex Ordine verò *Equestri*, Dominus **JOHANNES ANDREAS** de *RACIBORSKO MORSTIN*, *Referendarius Regni, Kowalensis & Zawichostenensis Gubernator*. Dominus **VLADISLAUS** de *NAGLOWICE REY*, *Thesaurarius Curia Regni, Reginalis Majestatis Cancellarius, Neokorciniensis, Libusiensis, Kamionacensis Gubernator*. Dominus **JOHANNES** in *GNIN* **GNINSKY**, *Pomerania Succamerarius, Gnesnensis Gubernator*. Et à *Parte Fæderatorum Poloniae, videlicet Serenissimi Imperatoris Romanorum, Illustrissimi & Excellentissimi Domini*, Dominus **FRANCISCUS CAROLUS** **LIBSTEINSKY**, *S. Rom. Imp. Comes à Kollowradt, Dominus in Reichenau, Sacra Casarea Regia q̄ Hungaria & Bohemia Majestatis Consiliarius, Camerarius, Iudici Majoris Provincialis Assessor, Regius Locumtenens, & Appellationum in Arce Pragensi Praeses*. Dominus **FRANCISCUS LIBER** **BARO** de *LISOLA*, à *Thiese & Mariensfeld, Consiliarius Cameralis Aulicus*. Et *Serenissimi Electoris Brandenburgici, Illustrissimi & Excellentissimi Domini*, Dominus **JOHANNES** ab *HOVERBEEKE*, in *Eichmediem, Baranowem, Geyerswalde & Domkau* Dominus & *Heres, Sua Serenitatis Consiliarius Status Intimus, Elector atus q̄ Dapifer Hereditarius, Hohensteinensis Praefectus*. Dominus **LAURENTIUS CHRISTOPHORUS** à

SOM.

SOMNITZ, in Gromsdorff, Drenaw & Gerbero, Dominus & Heres, Sua Serenitatis Consiliarius Status Intimus, & Orientalis Pomerania Cancellarius, Ejusdemq; Ducatus Cameraarius Hereditarius, Lavenburgensis & Butoviensis Praefectus. Dominus ALBERTUS ab OSTAW, in Nerwiken & Kegels, Dominus & Heres, Sua Serenitatis in Supremo Ducalis Prussiae Appellationum Iudicio Consiliarius. A Parte verò Serenissimi Regis Regniq; Sveciae, Illustrissimi & Excellentissimi Domini, Dominus MAGNUS GABRIEL de la GARDIE, Comes in Lecköo & Arensburg, Liber Baro in Eckholmen, Dominus in Habsal, Magnushoff & Hoyendorp, Regia Sua Majestatis Regniq; Sveciae, Senator & Thesaurarius, Generalis Gubernator Livoniae, & Locum-tenens per Esthoniã, Livoniam & Ingrimiam Militiae Generalis, Iudex Provincialis VVestrogothia & Dalia, nec non Academia Vpsaliensis Cancellarius Dominus BENEDICTUS OXENSTIERN, Comes in Korsholm & VVasa, Liber Baro in Moreby & Lindholmen, Dominus in Coporium & Rosersberg, Sua Regia Majestatis Regniq; Sveciae Senator & Cancellaria Consiliarius. Dominus CHRISTOPHORUS CAROLUS SCHLIPPENBACH, Comes in Schöwede, Liber Baro in Liūsala, Dominus in Salinge, S. Regia Majestatis Regniq; Sveciae Senator & Consilij Bellici Praes: Et Dominus ANDREAS GULDENKLAU, Dominus & Heres in Schönela, Ekeby, Hylynge & Hulderstad, Regia Sua Majestatis Consiliarius Status, & per Pomeraniam Regiam, Regiminis ac Consilij Status, ut & Supremae Curiae Iustitiae Praes. Post invocatum Divini Numinis auxilium, mutuasq; Plenipotentiarum Tabulas ( quarum apographa sub finem hujus Instrumenti, de verbo ad verbum inserta sunt,) ritè commutatas Tractatus Pacis auspiciato inchoatus est. Et licet in ejus fere decursu, Pramemoratus Serenissimus Rex Sveciae, disponente ita Divinâ Providentiâ, mortali hac vitâ decesserit; Tractatus ta-

*men hic renovatis à Serenissimo & Potentissimo Principe ac Domino, Domino CAROLO, Suecorum, Gothorum, Vandalorumq; Rege & Principe Hæditario, Magno Principe Finlandiæ, &c. &c. &c. Plenipotentiarum Tabulis, (quæ ad calcem hujus Tractatus quoq; inseruntur,) feliciter continuatus est, ac tandem ad Divini Numinis gloriam, & Christianæ Reipublicæ Salutem, Partes omnes in mutuas Pacis & Amicitia Leges consenserunt & convenerunt, tenore sequenti.*

I.

**S**IT PAX UNIVERSALIS ac Perpetua & vera sinceraq; Amicitia, inter Serenissimum & Potentissimum Principem ac Dominum, Dominum JOANNEM CASIMIRUM, Regem Poloniæ, Magnum Ducem Lithuanicæ, &c. &c. &c. Ejusq; Regiæ Majestatis Successores ac Posteròs, Reges Poloniæ, Magnos Duces Lithuanicæ, Regnumq; Poloniæ & Magnum Ducatum Lithuanicæ atq; subjectas Illis Ditiones ac Provincias, atq; Ejusdem Majestatis & Regni Poloniæ Confoederatos. Inprimis Serenissimum & Potentissimum Principem ac Dominum, Dominum LEOPOLDUM, Electum Romanorum Imperatorem, semper Augustum, Germanicæ, Hungaricæ, Bohemicæ, Dalmaticæ, Croatia, Sclavonicæ Regem, Archi-Ducem Austriæ, &c. &c. &c. Ejusq; Majestatis Hæredes ac Successores, Provincias ac Ditiones, intra vel extra Imperium Romanum sitas: Et Serenissimum Principem ac Dominum, Dominum FRIDERICUM WILHELMUM, Marchionem Brandenburgicum, Sacri Romani Imperij Principem Electorem & Archi-Camerarium, Magdeburgi, Prusicæ, &c. &c. &c. Ducem, Ejusq; Serenitatis Hæredes ac Successores, Provincias ac Ditiones, in vel extra Imperium Romanum sitas, ab Unâ: Atq; Serenissimum & Potent-

Potentissimum Principem ac Dominum, Dominum CARO-  
LUM, Svecorum, Gothorum & Vandalorum Regem, Ma-  
gnum Principem Finlandiæ, &c. &c. &c. Ejusq; Majestatis Suc-  
cessores ac Posteriores Reges Svecorum, Regnumq; Sveciæ, atq;  
subjectas illis intra vel extra Imperium Ditiones ac Provincias,  
ab altera Parte: Ita, ut altera Pars alteri post hac nihil hostilita-  
tis aut inimicitæ, clàm aut palam, directè vel indirectè, inferat,  
vel per suos aut per alios inferri faciat, nec alterius hostibus au-  
xilia quocunq; nomine præstet, nec cum alterius hostibus fœ-  
dera huic Paci contraria ineat, nec quicquam in alterius Status  
& Securitatis diminutionem, per se vel per alios, moliat aut  
tentet, vel tentari faciat; sed utraq; Pars alterius utilitatem, ho-  
norem ac commodum, promoveat, & fidam invicem vicini-  
tatem, Pacem & Amicitiam seriò colat ac servet. Pacta verò  
& Fœdera omnia, quæ Partes paciscentes inter Se, vel cum alijs  
Principibus ac Statibus utrinq; sancita habent, quoad omnia sua  
Puncta, Clausulas & Articulos integra, & in pleno robore suo  
permaneant: ita tamen, ut per ea præsens transactio Pacis nul-  
lum præjudicium patiatur.

## II.

I. §. Sit utrinq; Perpetua Oblivio & Amnestia eorum omni-  
um, quæ quocunq; loco modoq; à quacunq; Paciscen-  
tium Parte hætenus hostiliter facta sunt, ita, ut nec eorum, nec  
ullius alterius rei causa, vel prætextu, ulla Pars alteri posthac  
quicquam hostilitatis aut inimicitæ specie Juris aut viâ facti in-  
ferat, aut per suos aliosvè inferri faciat.

II. §. Hæc generali Amnestiâ gaudeant omnes & singuli  
cujuscunq; Status, Conditionis & Religionis fuerint, ut & o-  
mnes communitates, quæ ab utrinq; Partes hostiles secutæ sunt,  
aut in hostilem possessionem devenerunt, nec ullis hoc bellum  
præjudicio & noxæ sit, in suis Juribus, Privilegijs ac Consvetu-  
dinibus Generalibus & Specialibus, tam in Ecclesiasticis, quàm  
in Ci-

in Civilibus, Profanisvè, quibus ante hoc bellum gavisi sunt, sed ijs in totum fruantur, secundum leges Regni; Nec ullis communitatibus aut privatis actio, ratione adhæſionis hosti, intentabitur, ita, ut nemini liceat alicui negotium facessere, ratione adhæſionis ullius hostilis, aut eam exprobare.

III §. Civitatibus Prusſiæ Regalis, quæ in possessione Sux Regiæ Majest. Regniq; Sveciæ hoc bello fuerunt, manebunt itidem omnia Jura, Libertates & Privilegia, quibus sive in Ecclesiasticis, sive in Profanis potitæ sunt ante hoc bellū, [ salvo libero uti ante bellum viguit in prædictis Civitatibus Catholicæ & Evangelicæ Religionis Exercitio ] earumq; Territoria, Magistratus, Communitates, Cives, Incolas & Subditos, Sacra Regiæ Majest. Poloniæ eadem, quæ olim Clementiæ & Gratiæ Regiæ imposteroſum proſequetur, fovebit & tuebitur. Dabitur ijsdem quoque facultas ædificia publica & privata per injuriam belli destructa, reficere & reædificare; pro his vero, quæ necessitate defensionis destructa sunt, minimè tenebuntur. Quoad ea verò, quæ militiæ Svecicæ Tributi loco ab utriusq; Insulæ Subditis exsolvere neceſſe fuit, à nemine molestia inferetur: Sicut & propter decimas aliosvè census, quibus Subditi Insulani satisfacere tempore belli minimè potuerunt, non turbabuntur.

IV. §. Cunctæ Actiones & Inquisitiones adversus illos, qui Partibus hostilibus hoc bello adhæſerunt, vel easdem secuti esse insimulantur, quibuscunq; in locis Poloniæ, Magni Ducatus Lithuania, Prusſiæ Regalis, Curlandiæq; habitent, cujuscunq; Status & Conditionis aut Religionis sint, sive privati vixerint, sive officio publico functi, aut servitijs Sux Regiæ Majestatis Sveciæ in Sago vel Toga adstricti fuerunt, institutæ, nec dum finitæ & ad executionem deductæ, abrogentur, omniq; executione careant in perpetuum. Et imposteroſum contra eos nulla unquam quæstio vel actio ex hac causa instituetur.

V. §. Quæ durante hoc ultimo bello jure Fisci ex occasione ac prætextu adhæſionis aut protectionis alterius Partis cuiquam ſive Nobili ſive Plebejo cujuſcunq; Status, Conditionis ac Religionis adempta, vel Fiſco illata vel alijs collata ſunt bona, ſive Regia ac Reipublicæ ſive etiam Privatorum ſint, mobilia quidem ſi tradita ſunt modernis poſſeſſoribus relinquuntur; Si verò Ejusmodi jura caduca hætenus in executionem deducta non ſunt, antiqvis poſſeſſoribus relinquuntur, neq; ulla actio dehinc adverſus Communitates aut privatos ratione ejusmodi bonorum, intentetur: Bona verò immobilia, hæreditaria, advitalitia, & jure Hypothecæ poſſeſſa, Fiſco applicata, tum quorum donationes & largitiones factæ ſunt, ſive jam antè tradita, ſive nondum tradita ſunt, maneat penes antiqvos Dominos, ceſſantibus de cœtero omnibus actionibus, ratione reddituum, ſive ex publicis ſive ex privatis bonis perceptorum.

### III.

I. §. Sereniſſimus ac Potentiſſimus Princeps ac Dominus, Dominus JOANNES CASIMIRUS, Rex Poloniae, pro Se ac Hæredibus poſterisq; Suis, amore Pacis, vigore hujus Inſtrumenti Pacis, ſolenniter ex nunc & in perpetuum renunciat omnibus prætenſionibus in Regnum Sveciæ & Magnum Principatum Finlandiæ & alias Iſſis ſubjectas Provincias, Regiones, Ditiones, Civitates, Caſtra & Munimenta, ſive hæc omnia nuper, ſive ab antiqvo acquiſita ſint; Nec non in bona avita, in Regno Sveciæ, dictisq; Provincijs ſita, in Regnum Sveciæ, dictasq; Provincias & Bona, præſentibus vel futuris temporibus nihil quicquam prætenſurus.

II. §. Quoad Titulos & Inſignia ita conventum eſt: quod Sereniſſimus Rex Poloniae, prout hætenus, ita impoſterum ad dies vitæ Suae utetur integris Titulis & Sigillis, Inſignibusq; Regni Sveciæ in Poloniâ & ad omnes Principes, Status & Privatoſe extra Sveciam, ſine ullo tamen plenariæ ſupradictæ renun-

ciationis præjudicio. Dicitis verò Titulis & Insignibus non utetur ad Serenissimos Reges Regnumq; Sveciæ, in litteris, aliisve Diplomatis, aut Scriptis, sed observabitur ab utrinq; receptus hactenus modus abbreviandorum Titulorum cum et cæterationibus, ita, ut post verba **MAGNVS DUX LITHVANIÆ**, tres Etcæterationes in Titulo Serenissimi moderni Regis Poloniæ, vicissim post verba **MAGNVS PRINCEPS FINLANDIÆ**, tres Etcæterationes in Titulo Serenissimi Regis Sveciæ adjiciantur. Insignibus tamen Regni Sveciæ in Sigillis Regis & Republicæ Poloniæ, dum in Sveciam scribetur, penitus omittis; post obitum verò Moderni, Serenissimi Regis Poloniæ, Successores Ejus & Republica Polona in Titulos & Insignia **SVECIÆ** nihil unquam prætendent; Sed utrinque Reges & Regna, suis quisque Titulis & Insignibus tantum plenariè gaudebunt & utentur.

#### IV.

**I.** Serenissimus Rex & Status Ordinesq; Regni Poloniæ, Magniq; Ducatus Lithvaniæ à modo & in perpetuum cedunt vi hujus Pacificationis, Serenissimo Regi Sveciæ, Ejusq; Successoribus Regibus Regnoq; Sveciæ omnem illam Livoniam Trans-Dunam, quam Svecia hactenus per tempus induciarum tenuit & possedit, ut & partes Cis-Dunanas omnes & Insulam Runen in mari sitam, quas per idem tempus induciarum Svecia tenuit & possedit; nec non quicquid Juris Regibus & Republicæ Poloniæ in Esthoniâ & Osiliâ hactenus ullo modo competere poterat. Atq; hæc quidem omnia & singula cum omnibus suis pertinentijs terrestribus & maritimis, Urbibus, Arcibus, Propugnaculis, Bonis & Proventibus, nec non Juribus, Jurisdictionibus, Regalibus & Superioritatibus tam in Ecclesiasticis quàm in Politicis, nullis penitus exceptis in plenum Dominium & proprietatem Regum Regniq; Sveciæ transferunt, Ordinesq; & Subditos in  
illa

illa Livonia ejusque recensitis partibus omni erga Regem & Rempublicam Polonam obedientiæ vinculo & Fidelitatis sacramento exsolvunt, nihil unquam in eos, ac dictam Livoniam ejusque pertinentias post hac prætensuri. Cis-Dunam autem Serenissimi Reges Regnumq; Sveciæ non ulterius quam hæcenus fines Sux possessionis in Curlandia aut Semigallia promoveant, aut servitutes à subditis Illustrissimi Curlandiæ Ducis exigant, aut ullum jus lignandi aliudvè quodvis in Curlandia aut Semigallia prætant; Commissarij verò ad declarandos & determinandos ab utraque Parte fines ab utrinque deputabuntur, & Commissio hæc intra quatuor septimanas à subscripto Tractatu inchoetur, & intra duas expediatur.

II. §. Quod Religionem Catholicam, Eiusq; Exercitium, in Livonia Svecicæ possessionis attinet, omnes Incolæ Livoniæ subditiq; illi Religioni addicti, omni securitate gaudeant, ac Conscientiâ liberâ, Religione devotioneq; suâ domi sine inquisitione vel animadversione privatim utantur.

III. §. Tituli Provinciales tam spirituales quam seculares Senatorij & Equestris Ordinis, in Livoniâ Svecicâ penes possessores modernos maneat durante ipsorum vitâ sine ullis proventibus alijsve prætensionibus, nec ullum exinde præjudicium Juris Sacræ Regiæ Majestatis Regniq; Sveciæ in Livoniam Svecicam, neque prætensio quæpiam Regno Poloniæ Magnoq; Ducatui Lithvaniæ interea temporis & in futurum inde enascetur.

IV. §. Judicia omnia Decretaq; ad cujusvis instantiam modò non invitos aut absentes lata nec non contractus & transactiones in locis dum illa hoc bello Svecia tenuit institutæ judicialiter, sive extra judicialiter, si modò Statui publico, qui ante hoc bellum fuit & Pacificationi præsentis non contrariantur firma maneat æquè ac si nulla Regiminis & Magistratum mu-

tatio intervenisset, falvis Appellationibus & Revisionibus in ijs, in quibus hæc Juris remedia hæctenus haud fuerunt adhibita, & quæ in rem judicatam non transferunt. Sententiæ quoque & decreta, si quæ Rigæ in Incolas & Subjectos Magni Ducatus Lithuanix, tum & Curlandix, Semigallixq; in invito vel inauditum; Et ex adverso, si similia per Magistratus Magni Ducatus Lithuanix & Curlandix in Livonia Svecicæ Subditos, circa tempus belli lata fuerint, nullum valorem & robur obtinebunt in perpetuum.

V.

1. §. **P**ARS Livoniae Australis, quæ ante hæc & per hæc bella & temporibus induciarum, sub Ditione fuit Regni Poloniae, Magniq; Ducatus Lithuanix, nempe Düneburgum, Rositten, Lutzen, Marienhusen, &c. itemq; reliqua omnia loca, quæ per Commissarios ad id utrinque deputandos fuisse per tempus induciarum Polonicæ Possessionis inveniuntur, cum omnibus suis pertinentijs, Territorijs, Urbibus, Pagis, Fructibus & Proventibus Teloneisq; Juribus, directoq; & utili Dominio, remanent in possessione Serenissimorum Regum & Regni Poloniae & Magni Ducatus Lithuanix, nec Serenissimi Reges Regnumque Sveciæ in istam partem Livoniae ut ab alterâ diversam, neque in Ducatus Curlandix Semigallixque & Districtum Piltensem, vel respectu Livoniae Septentrionalis vel quovis alio prætextu ullum unquam jus prætendent aut prætere potuerunt. Cum verò Magnus Dux Moscoviæ non modo dictam Livoniam Polonicam, sed etiam Partem Svecicæ occupatas armis nunc teneat, idè conventum est, ut si Respublica Polona aliquid ex Livonia Svecica, quocunq; tempore à Moscis, Armis, Tractatibus aut aliter receperit, teneatur totum id Sveciæ, ultrò & gratuito, non imputatis belli expensis restituere, eodem modo, & vicissim, si Regnum Sveciæ aliquid ex Livonia Po-  
loni-

Ionica quocunqve tempore à Moscicis, Armis, Tractatibus aut aliter receperit, teneatur totum illud Poloniae & Magnò Ducatui Lithuaniae ultrò & gratutiò, non imputatis belli expensis, restituere.

II. §. Titulis & Insignibus Livoniae, tam Sacra Regia Majestas Poloniae, Ejusqve Successores Reges Poloniae, Magniqve Duces Lithuaniae, ratione Australis Livoniae, quam Sacra Regia Majestas Sveciae, Ejusqve Successores Reges Sveciae, ratione Livoniae Septentrionalis, promiscuè utentur sub Titulo Ducatus.

III. §. Si quas posthac controversias de limitibus aut de rebus alijs inter Regnum Poloniae, Magnum Ducatum Lithuaniae, Livoniam Polonicam, Curlandiamqve & Semigalliam ab una parte, & Regnum Sveciae, Eiqve subjectas Proviicias, imprimisqve Livoniam Svecicam ab alterâ incidere & suboriri contigerit, ea per deputatos utrinqve Commissarios ad fines Livoniae amicabili ratione complanentur. Si quæ verò lites minores exortæ fuerint inter subditos & accolas utriusqve Partis, nec transigi de ijs amicabiliter inter litigantes possit quælibet Pars ad suum competens forum remittatur, & Justitia indilate administretur.

IV. §. Subditi hoc ultimo bello & in futurum fugitivi Magni Ducatus Lithuaniae, Samogitiae, Livoniae Polonicae & Curlandiae Semigalliaeq;, quicunqve in Livonia Svecica reperti fuerint, suis Dominis sine ullo processu Juris reddentur unà cum suis mobilibus quæ inveniri poterunt, quæ pro fugus secum tulit, nec sub novo Domino acquisivit. Quod etiam vice versa observabitur, si qui subditi fugitivi Livoniae Svecicae in Magnò Ducatu Lithuaniae, Livoniâ Polonicâ & Curlandiâ Semigalliâqve reperti fuerint, si qui etiam abducti sunt, & adhuc supersunt, reddantur & illi, sine processu Judicario suis quique Dominis.

V. §. Qvò favorem commercijs & navigationi Sacra Regia Majestas Poloniæ contestetur, signa nautica in Domesnes & Luscrorth exstructa consistere permittit. De ratione verò conservationis & mantentionis eorundem convenietur à Svecis cum fundi Dominis, nullo inde Jure aut præensione Regni Sveciæ, in Fundos dictos aut Territorium Piltense, enascente aut enascituro.

## VI.

**I**llustrissimus in Livonia Curlandiæ & Semigalliæ Dux, cum serenissima Conjuge Proleq; sua Ducali ac tota Familia & Aulâ, absqve ulla protractione, intra sex septimanarum spatium à die quinta Aprilis Styli novi, Rigam sistetur. Inde verò intra dies quatuordecim decenti & suæ Dignitati accommodato convenientiq; modo, ubi Modernus Tractatus subscriptus fuerit, ad Fines Semigalliæ, deducetur, omniaq; sua suorumq; mobilia non distracta, ubicunqve intercepta vel Rigæ deposita, litteratoria, similiter sive publica, sive privatorum documenta bonâ fide extradentur, & Mitaviam reportabuntur; ante liberationem autem suam ac restitutionem plenariam, peculiari reversalium diplomate caveat, de non offendendo aut vindicando aliquid contra Sacram Regiam Majestatem Regnumq; Sveciæ in futurum: Salvâ fidelitate & obligatione Regibus Regnoq; Poloniæ & Magno Ducatui Lithuanix, debitâ.


## VII.

**I. §.** Serenissimus Rex, Regnumq; Sveciæ, restituit serenissimo Regi, Reiq; publicæ Polonæ Mariæburgum, Elbingamq; cum suis Fortalitiis, reliquaqve in Prusâ Loca, quæ Svecicis præsijs tenentur, ac Mariæburgum quidem unâ cum Arce ac Fortalitijs suis, ut & Stuma intra octiduum à subscriptione moderni Tractatus, & depositâ in manus, Excel-  
len-

Ientissimi Domini Mediatoris, Serenissimi Regis Poloniae provisionali horum pactorum ratificatione evacuabitur, & praesidium Svecicum inde Elbingam deducetur. Elbinga autem cum suis Fortalitijs ubi Tractatus modernus plenaria Serenissimi Regis Poloniae ratificatione confirmatus & per Reipublicae comitali autoritate delegatos pro futuro conventu ratificatus fuerit, quatrinduo post ipsam ratificationum commutationem sine contradictione evacuabitur, & in manus Serenissimi Poloniae Regis Ejusque Commissariorum tradetur. Bauskum etiam uti & reliqua, si quae sint in Svecorum potestate loca in Curlandia, praesidijs Svecicis evacuabuntur intra octiduum, postquam notitia ad Generalem Exercituum in Livonia vel in absentia Ejus ad Ejus locum-tenentem pervenerit de subscripto Tractatu, quae notitia per tubicines utriusque Partis conjunctim Rigam deferetur.

II. §. Deductio militiae Svecicae, una cum bellicis tormentis majoribus & minoribus juxta factam hic conventionem, nec non cum impedimentis fiet Elbinga diversis vicibus, intra tamen definitum tempus permutationis Ratificationum & evacuationis Elbingae, dato eidem libero & innoxio transitu per Habum ad portum Pillaviensem, & inde ad naves proprias, quas milites conscensuri & ad Ditiones Svecicas ituri sunt. Imponetur autem dicta militia circa deductionem navibus Elbinganis & si illae non sufficiant tum navibus adjacentium Territoriorum aliorum, sine aliquo pretio. Communicabit etiam Praefectus militiae Svecicae & conveniet cum Praefecto militiae Electoralis, aut Ejus locum-tenente, de modo transitus per dictum portum Pillaviensem. Et fiat de cetero ejus modi deductio sine damno & noxa subditorum in Prussia tam Polonicorum quam Electoralium. Quod si per periculum belli maritimo itineri sese militia committere tuto nequeat, liber illi & innoxius transitus per Terram quam brevissimo itinere

95684



itinere in Ditiones Juris Suetici proximas sine damno Incolarum Reipublicæ Poloniæ & Serenissimo Electori Brandenburgico Subjectorum deducuntibus Commissarijs Serenissimorum Regis Poloniæ & Electoris Brandenburgici concedi debet, Justitia verò per Præfectos indilata bonâ fide administratur, damna & injuriam passis.

III. §. Si cui aut quibus in Civitatibus Prusiæ evacuantis, earumque Territorijs non placuerit manere, sed mutato domicilio alio sese conferre, ijs liberum sit in spatio trium abhinc annorum sua divendere, alijs elocare aut pro suo libitu diffrahere, sine ullo impedimento aut onere sub quocunqve prætextu imponendo, salvis antiquis Civitatum Juribus & Privilegijs.

### VIII.

Quicquid in Polonia, & Magno Ducatu Lithuanæ Provinciisque annexis, in iisque Curlandia, per hoc bellum Serenissimo Regi Regnoque Sveciæ, Eorumque Ducibus ac Legatis vel à Privatis vel à Communitatibus Exercitibus & Provincijs per necessitatem belli vel aliter datum est, quocunqve Titulo, Diplomatum, Obligationum & Litteratum, Instrumentorum & Actorum publicorum, ea omnia autographa quæ supersunt Serenissimo Regi & Reipublicæ Polonæ, Ducique Curlandiæ circa Ratificationum Commutationem, bonâ fide extradentur. Quod si naufragio absorpta sint vel alio modo perierint, omnia Ejusmodi Scripta, Actaque privata & publica ex nunc cassantur, annihilantur, & eliminantur, nihilque exinde Reges Regnumque Sveciæ in Provincias, Exercitus, Districtus vel privatos in Polonia, Magno Ducatu Lithuanæ & Provincijs illis annexis vel subjectis, in specie etiam Curlandiâ & Districtu Piltensi Juris prætere velle aut posse omni meliori modo declaratur.

## IX.

**R**estituentur quoque à parte Svecorum, omnia Archiva, Acta publica, Castrenſia, Juridica, Eccleſiaſtica, nec non Bibliotheca Regia, quæ ex Regno Poloniae & Magno Ducatu Lithuaniae aveſta, & quorum copia haberi poteſt, idq; intra tempus commutationis Ratificationum, vel ad ſummum intra tres meſes à facta commutatione.

## X.

**O**bligations atq; recognitions, ſi quæ ſunt ab Illuſtriſſimo Curlandiæ & Semigaliæ Duce, aut Incolis Curlandiæ & Semigaliæ, Diſtrictusq; Piltentiſis exortæ per Svecos, aut vice verſa à Svecis per Polonos in totum caſſantur, nullumq; habere pondus declarantur.

## XI.

**D**ebita inter utriusq; Partis Subditos & Incolas, tum etiã à Ducibus & Officiarijs belli ubicunq; contracta, utrinq; bonâ fide ſolventur. Si quæ verò hoc bello ultimo Obligations & Recognitions exortæ ab utrinq; ſint, in totum caſſantur, nullumq; pondus habere declarantur.

## XII.

**D**epoſita aliaq; bona mobilia ubicunq; reperiuntur & Fiſco nondum adjudicata, bonâ fide proprijs Dominis reſtituantur: Nemo autem tenebitur ad eorum reſuſionem, quæ Fiſco adjudicata & extradita ſunt præſtandam.

## XIII.

**T**ormenta bellica majora minoraq; in Polonia, Magno Ducatu Lithuaniae, Pruſſiã, Curlandiã, cæteriſq; annexis Provincijs à Svecis capta, ſive ſint Reipublicæ, ſive Privatorum, ſive Civitatum, quæcunq; in locis evacuandis reperiuntur, exactè relinqventur. Quæ verò ex Suecia inveſta ſunt in Poloniam, Lithuaniam, Pruſſiam, Curlandiam, liberum

erit Sveciæ, sine ulla præensione secum auferre, Transactioni quoque Deditiois THORUNÆ quod adhuc restat hac in re satisfiet.

#### XIV.

I. §. **Q**uicumque hoc bello ab utrinque inter Polonos Lithuanos & Svecos in quocumque loco capti sunt, cuiuscumque Conditionis ac Status, liberi & sine ullo soluto pretio nisi aliter ante hunc Tractatum ab ipsis conventum fuerit, dimittentur, pristinaque libertati restituentur; Solutis tamen impensis Officiorum in victum eorum factis, & debitis in captivitate ab eis contractis. Cæterum captivis quoque annumerandi & ab utraque Parte restituendi sunt, qui invitati militia alterius Partis nomina dederunt. Omnes verò supradicti, qui quidem in Polonia, Magno Ducatu Lithuanie, Prussia Regali, utraque Livonia aut Curlandia detinentur, intra tres septimanas à subscripto moderno Tractatu, illi autem, qui extra Poloniam, Lithuaniam, Livonias & Curlandiam detinentur, intra tres Menses libertati restituantur. Quod autem de lytri conventi solutione hinc supra dictum est tantum locum habebit in Majoribus Officiarijs, utpote Generalibus, Tribunis, Tribunalium locum tenentibus & Capitaneis.

II. §. Sacra Regia Majestas & Regnum Polonie Magnusque Ducatus Lithuanie, id Paci huic perpetue dandum censuerunt, ut Auroritatem & Officia sua interponant apud Chamum Ordasque Tartarorum, quò sine lytro Captivi in Tartaria Svecici, intra sex abhinc Menses, inde dimittantur, dimissi verò per Regnum Polonie Magnumque Ducatum Lithuanie, annexasque ijs Provincias liberè ac tuto transeant, & benignè habitati ad Provincias Ditionesque Juris Svecici promoveantur.

#### XV.

I. §. **C**ommercia pristina sint libera & non impedita inter  
utrum-

utrumq; Regnum, Poloniæ, Magnumq; Ducatum Lithuaniae,  
& Sveciæ, subjectas illis Provincias, Subditos & Incolas, tam  
Terrâ quam Mari, & in veteri usu atqve exercitio quo fuerunt  
tempore induciarum, conseruentur. Imprimis sit liberum com-  
merciorum exercitium liberaq; defluatio mercium, per flu-  
uium Dunam & Bulderaviam, Subditis & Incolis Regni Polo-  
niæ, Magniq; Ducatus Lithuaniae & Polonicæ Livoniæ, Cur-  
landiæq; ac Semigalliæ, cum Subditis Incolisve Livoniæ Sve-  
ticæ; Et vice versa, Subditis Incolisq; Regni Sveciæ & Livoniæ  
Sveticæ, sit liber commerciorum usus per eadem flumina, cum  
Subditis Incolisq; Poloniæ, Lithuaniae, Livoniæ Polonicæ &  
Curlandiæ Semigalliæq; ; Teloniorum verò & Vestigalium  
in flumine Duna & Bulderaâ, ut & Maritimorum ac Terrestri-  
um in Livoniâ, eadem ratio & in iisdem tantum locis ab utraq;  
parte imposterum sit, uti & ubi tempore induciarum & ante  
hoc ultimum bellum fuit.

II. §. Majoris quoq; Poloniæ incolæ, cujuscunq; con-  
ditionis sint sive Terrâ sive Aquâ, commercia sua exercentes,  
nullis novis Telonijs & Gabellis Stetini onerabuntur.

III. §. Civitas quoq; Gedanensis & aliæ Prussiæ Civi-  
tates in Regno Sveciæ & subjectis Provinciis alijs, gaudeant eâ  
libertate commerciorum & vestigalium, quâ gavisæ sunt ante  
hoc novissimum bellum.

## XVI.

**D**ominus Comes KÖNIGSMARKIUS, Campi-Mareschal-  
cus Sveciæ absq; ulla protractione intra sex septimana-  
rum spatium, à die quinta Aprilis scilicet nov. Dantiscum modo de-  
centi sistetur, inde verò intra dies quatuordecim, ubi moder-  
nus Tractatus subscriptus fuerit, eliberabitur, anterestitutio-  
nem autem plenariam peculiari Reversalium Diplomate ca-  
veat de non offendendo & vindicando aliquid contra Sacram  
Regiam Majestatem Regnumq; Poloniæ, & specialiter Civi-  
tatem

tatem Gedanensem, salvâ tamen debitâ Regibus Regnoq; Sveciæ obedientiâ & fide.

### XVII.

Serenissimus Rex & Respublica Poloniæ Illustrissimæ Principis ANNE MARIÆ, defuncti Illustrissimi Ducis JANUSCHII RADZIVILII, Palatini Wilnensis, Supremi Exercituum Magni Ducatus Lithuanicæ Ducis, Filiæ unicæ, in adendis secundum legitimas consuetudines Regni & Magni Ducatus Lithuanicæ Hæreditatibus & Bonis Paternis ac Maternis, vigore Generalis Amnestiæ, præsentis conventionis omnibus cautæ, ut Ei satisfiat, condignam rationem habituri sunt.

### XVIII.

Demortuorum belli Ducum atqve Officialium aliorum corpora sive in Poloniâ sive in Prussîâ adhuc inhumata & nonnullis in locis asservata sunt, tradentur & non denegabuntur ijs, quibus cura mandabitur, ea inde deducendi. Quorum autem cadavera tum in priori tum hoc ultimo bello humata sunt in Elbingensi, Mariæburgensi & alijs in Prussîâ & Poloniâ templis, intacta jaceant, sepulchra eorum ab omni violatione & inquietudine sint immunia.

### XIX.

DE Domini Ducis CROJANI desiderio, ratione debitorum apud Rempublicam Polonam ita conventum est, ut prædictus Dominus Dux, Jus suum, Originalium Obligationum Productione doceat, in proximè futuris comitijs Regni generalibus, ibidemq; debita ratio Ejus habeatur, salvo quoq; Jure Illustrissimi Ducis Curlandicæ, si quod Eidem ad præfatas summas pecuniarias competierit.

### XX.

Quoad Dominorum Comitum à DONNA postulatam & debi-

debitum apud Rempublicam Poloniae, in quantum illud li-  
quidari poterit, iusta eorum ratio in futuris Regni Comitijs  
habebitur.

## XXI.

**H**Abebitur quoque æqua ratio à Sveciâ Domini Baronis  
SIGISMUNDI à GÜLDENSTERN, quoad bona in Regno  
Sveciæ vel illi subiectis Provincijs prætensa.

## XXII.

**I. §. E**Adem similiter PAX, Amicitia, Amnestia & præteri-  
torum omnium perpetua oblivio sub iisdem clausulis  
& vinculis in hocce Instrumento contentis, vigeat & in perpe-  
tuum stabilita sit, inter Serenissimum & Potentissimum Prin-  
cipem ac Dominum, Dominum LEOPOLDUM, Electum  
Romanorum Imperatorem, semper Augustum, Germaniæ,  
Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavonia Regem,  
Archi-Ducem Austriæ, Ducem Burgundiæ, Brabantia, Styriæ,  
Carinthiæ, Carniola, Marchionem Moraviæ, Ducem Lucen-  
burgiæ, ac Superioris & Inferioris Silesiæ, Würtembergæ &  
Theckæ, Principem Sveciæ, Comitem Habsburgi, Tyrolis,  
Ferretis, Kyburgi & Goritiæ, Landgravium Alsatiæ, Marchi-  
onem Sacri Romani Imperij, Burgoviæ, ac Superioris & In-  
ferioris Lusatiæ, Dominum Marchiæ Sclavonicæ, Portus  
Naonis & Salinarum, Præcipuum Poloniæ Fœderatum,  
belliq; socium, nec non Eius Hæredes ac Successores, Regna  
& subiectas Provincias, tam in quam extra Imperium Roma-  
num, eorumq; Subditos & Incolas: Ac Serenissimum Prin-  
cipem ac Dominum, Dominum CAROLUM, Svecorum,  
Gothorum, Vandalorumq; Regem, & Principem Hæredita-  
rium, Magnum Principem Finlandiæ, Ducem Scaniæ, Estho-  
niæ, Livoniæ, Careliæ, Bremæ, Verdæ, Stetini, Pomeraniæ,  
Cassubiæ & Vandalia, Principem Rugiæ, Dominum Ingridiæ &

Wismariæ, nec non Comitem Palatinum Rheni, Bavariæ Ducem. Ejusq; Hæredes ac Successores, Reges Regnumq; Sveciæ & subjectas Provincias, tum in Imperio Germanico, tum extra illud sitas, eorumq; Subditos & Incolas, ita ut quicquid vel ante hoc bellum, vel illo durante, sive in Polonia, sive extra illam, seu ratione auxiliij Serenissimo Regi ac Reipublicæ Poloniæ præstiti, sive quavis alia de causa, mutæ offensionis atqve Inimicitiarum aut Prætensionum oriri potuit, perpetuæ oblivioni tradatur. Neutriq; Parti quocunq; prætextu licitum sit alterius Regna, Status aut Provincias clam aut palam, directè vel indirectè armis impetere, vel ullum in ipsas hostilitatis genus exercere; Sed alter alterius commoda sectetur & omnia inter utramq; Partem earumq; Status ac Subditos ad pristinum prorsus Statum, unionem & fidam correspondentiam restituta & redintegrata sint, & nemini ex utriusqve Partis Subditis aut Imperij Statibus ac Vasallis noxæ sit aut præjudicio, quòd alterius partes hoc bello Sago vel Toga fuerit sectatus, sed quicumque ex sola causa hujus belli de fortunis aut Statu suo decidisset, is in pristinum Statum, in quo ante hoc bellum immediatè fuit, quoad honores ac bona immobilia, nec non etiam quoad bona mobilia si Fisco nondum adjudicata & extradita sint, indilatè & sine contradictione restituatur, iisque plenariè gaudeat ac fruatur.

II. §. Ut autem firmioribus fundamentis hæc Pax & Amicitia stabiliri queat, Sacra Cæsarea Majestas loca omnia quæ in Pomerania & Megapoli occupata præsidij suis insidentur, Serenissimo Regi ac Regno Sveciæ; ea verò quæ in Holsatiâ & Ducatu Schlessvicensi, Duci Holsatiæ Gottorpiensi (qui præviâ tamen cautione de non vindicando juxta formulam de quâ hic convenit, hac Pace consensu Partium inclusus censebitur) restituet plenariè, cum Tormentis bellicis ipsorum proprijs, re armamentariâ cæteroque apparatu bellico, nec non mobilibus

bilibus cujuscunq; generis, item actis Cancellariæ, Archivis ac litterarijs documentis prout ea omnia tempore occupationis vel deditiois inibi reperta sunt, & adhuc non distracta exstant. Quæ evacuatio fiet locorum scilicet Pomeraniæ & Megapoleos, exceptis Vollinio, Dam & Greiffenhagen, intra duas septimanas, à die permutationis ratihabitionum computandas, quo tempore Elbinga quoque Poloniæ restituetur, Vollinum verò Dam & Greiffenhagen, nec non loca Holsatiæ & Ducatus Slesvicensis, inra alias duas sequentes hebdomadas à die supramemoratæ permutationis evacuabuntur, deductis eodem tempore è dictis locis præfidiarijs militibus & è Provincijs ad Sacram Regiam Majestatem Regnumq; Sveciæ, Duces Megapolitanos & Ducem Holsatiæ Slesvici spectantibus copijs omnibus, eâ ratione & modo de quo inter Generales utriusq; Partis vel eorum locum tenentes, intra tempus ratihabitionibus commutandis præfinitum, conventum fuerit.

III. §. Cæterum, quicquid circa res Imperij controversiæ intercesserit, juxta Imperij & Pacis Germaniæ Leges absq; strepitu armorum componetur, aut decidetur, & stabitur ab utraque Parte per omnia dispositioni Pactorum Osnabrugensium & constitutionibus Imperij.

### XXIII.

Similiter tam à Parte Serenissimi Imperatoris, quam Serenissimi Regis Sveciæ captivi hujus belli, cujuscunq; sint conditionis ac Status, liberi & sine soluto ullo pretio seu lytro, nisi aliter ante subscriptum Tractatum ab ipsis conventum fuerit, intra spatium trium hebdomadarum à die ratificationis, dimittentur & libertati præstinæ, solutis ab Officiarijs impensis in victum eorum factis & Debitis in Captivitate ab eis contractis, restituentur, & captivis quoque annumerandi & ab utraque Parte restituendi sunt, qui invitati ad danda alterius Partis militiæ nomina

mina sua adacti fuerunt; *Quod* autem de lytri conventi solutione hîc supra dictum est, tantum locum habebit in Majoribus Officiarijs, utpote Generalibus, Tribunis. Tribunorum locum tenentibus & Capitaneis.

## XXIV.

I. §. *S*it itidem PAX perpetua veraq; ac sincera Amicitia inter Serenissimum ac Potentissimum Principem ac Dominum, Dominum CAROLUM, Svecorum, Gothorum, Vandalorumq; Regem, & Principem Hæreditarium, Magnum Principem Finlandiæ, Ducem Scaniæ, Esthoniæ, Livoniæ, Careliæ, Bremæ, Verdæ, Stetini, Pomeraniæ, Cassubiæ & Vandalæ, Principem Rugiæ, Dominum Ingridiæ & Wismaræ, nec non Comitem Palatinum Rheni, Bavariæ Ducem, Ejus Hæredes, Successores ac posteros Reges, Regnumq; Sveciæ, Ejusdem tam in Imperio quam extra illud sitas Provincias, Status ac Ditiones; Et Serenissimum Principem ac Dominum, Dominum FRIDERICUM WILHELMUM, Marchionem Brandenburgicam, Sacri Romani Imperij Archi-Camerarium & Principem Electorem, Magdeburgi, Prussiæ, Juliæ, Cliviæ & Montium, Stetini, Pomeraniæ, Cassubiorum, Vandalorumq; nec non in Silesia, Crosnæ & Carnoviæ Ducem, Burggravium Norinbergensem, Principem Halberstadiensem & Mindensem, Comitem Marcæ & Ravensbergi, Dominum in Ravenstein. Poloniæ Foederatum, belliq; Socium, Ejusdemq; Hæredes ac Successores, Provinciasq; Status ac Ditiones in & extra Imperium Romanum sitas, ita ut alter alterius honorem commodum & utilitatem sincerè serioqve in perpetuum promoveat.

II. §. Pacta verò & Foedera omnia quæ Partes Pacificentes inter Se vel cum alijs Principibus ac Statibus utrinque sancita

cita habent, quoad omnia sua puncta, Clausulas & Articulos integra & in pleno robore suo permaneant, ita tamen ut per ea præsens transactio Pacis, nullum præjudicium patiatur.

III. §. Sit etiam utrinque Amnestia & præteritorum omnium perpetua Oblivio, ita ut quicquid hactenus quocumque loco & quavis de causa, sive in Imperio Romano, sive extra illud ab alterutra Partium vel sub earum Imperio Potestateque existentibus, absque ullo personarum rerumque respectu gestum vel admissum fuerit, nullo prætextu viâ juris vel facti directe vel per indirectum à Neutra Parte unquam vindicari possit. Et nec horum nec ullius alterius rei causa vel prætextu alteri posthac quicquam hostilitatis aut inimicitiae vel etiam quoad Ministros, Officiarios aliosque Incolas ac Subditos, Statum, bona vel securitatem per se vel per alios clam aut palam inferat vel inferri faciat.

IV. §. Nemini quoque ex utriusque Partis Subditis aut Vafallis cujuscumque conditionis & dignitatis fuerit, noxæ sit aut præjudicio quod alterius Partes hoc bello Sago vel Togâ fuerit sectatus, sed quicumque ex sola causa hujus belli de suis possessionibus, decidisset, is in pristinum Statum in quo ante hoc bellum immediatè fuit, quoad honores & bona immobilia nec non etiam quoad mobilia bona, si hæc bona mobilia Fisco nondum adjudicata & extradita, aut aliàs distracta sint, indilate & sine ulla contradictione restituatur, iisque plenariè gaudeat ac fruatur: Atque proinde & Campi Mareſchallo Comitâ KÖNIGSMARK, ut & Campi Mareſchalli Comitâ WITTENBERGII Hæredibus bona immobilia quæ in Ditionibus Sux Serenitatis Electoralis, ubicumque locorum ante hoc bellum possederunt, in eo Statu quo nunc sunt restituantur vigore hujus Pacificationis atque eo jure tenenda, quo ante bellum hoc exortum ea tenuerunt ac possederunt.

**E**T ne Occasione anteaactorum lis & diffidium aliquod oriri  
 ae Successoribus Suis, Regibus Regnoq; Sveciæ virtute hujus  
 Instrumenti Pacis quam fieri potest validissimè in perpetuum &  
 irrevocabiliter renunciat pactis quæ die 7. 17. Januarij, Anno  
 1656. Regiomonti, item 15. 25. Junij prædicti Anni Mariæ-  
 burgi, tum quæ 10. 20. Novembris, eodem Anno 1656. La-  
 biaviæ inter Serenissimum Sveciæ Regem gloriosæ memoriæ  
 nuper Defunctum: Et Suam Serenitatem Electoralem con-  
 fecta sunt, ut & alijs omnibus conventionibus quæ illis adjectæ  
 aut separatim quocunq; modo durante hoc ultimo bello Po-  
 lonico, ejusq; respectu inita sunt. Atque ea omnia & singula  
 in omnibus & singulis clausulis, conditionibus & Articulis suis  
 irrita & nulla pronunciat, omnemq; ipsis vim, vigorem &  
 Effectum hoc ipso & virtute hujus Pacti penitus & in æternum  
 detrahit: Ita ut contra Suam Serenitatem Electoralem Bran-  
 deburgicam Eiusq; Hæredes, Agnatos, Successores, Provincias  
 ubicunq; locorum sitas & in specie in Ducatum Prussiæ atque  
 ejusdem Ordines & Incolas, aut contra Sacram Regiam Ma-  
 jestatem, Eiusdem Successores, Reges, Regnumq; Poloniæ ex  
 nominatis & indigitatis supra Pactis & conventionibus abolitis  
 nunc & imposterum sive successione in Prusiam sive unionis  
 aut quocunq;ve alio prætextu vel causa nomine Regis, Regum  
 Hæredum ac Successorum & Regni Sveciæ nihil unquam alle-  
 gari prætendi aut postulari possit aut debeat. Quare præme-  
 moratorum Pactorum & Conventionum originalia cum re-  
 tradi non potuerint, hoc ipso pro retraditis, scissis & in cineres  
 redactis habentur, atque in æternum habebuntur. Quemad-  
 modum & Serenissimus Elector Brandenburgicus, in Prussia  
 Dux, quam fieri potest validissimè in perpetuum & irrevocabi-  
 liter vigore hujus Instrumenti Pacis pro se, Hæredibusque ac  
 Succes-

Successoribus Suis profitetur, nihil vel Se, vel Hæredes & Posterios Suos ex prædictis Pactis & conventionibus contra Sacram Regiam Majestatem Regnumq; Sveciæ prætenfuros, sed sua Serenitas Electoralis pro Se, Hæredibusq; ac Successoribus Suis, hoc ipso & virtute hujus Pacti, supramemoratis Pactis omnibus jam abolitis renunciat, & eadem omnia pro re traditis, scissis, & in cineres redactis, nunc & in æternum declarat, & irrita ac nulla pronunciat, omnemq; ipsius vim, vigorem & Effectum penitus & in æternum detrahit.

## XXVI.

Serenissimus Elector Brandenburgicus loca omnia quæ in Pomeraniâ hocce bello occupata præsidijs suis insidentur, Sacræ Regiæ Majestati & Regno Sveciæ, ea verò quæ in Holsatiâ & Ducatu Sleswicensi, Celsissimo Principi & Duci Holsatiæ, Gottorpiensi (qui præviâ tamen cautione de non vindicando juxta formulam de quâ hîc convenit hæc Pace consensu Partium inclusus censebitur) restituet plenariè cum Tormentis bellicis ipsorum proprijs, Re armamentariâ, cæteroque apparatu bellico, nec non mobilibus cujuscunqve generis, item Actis Cancellariæ, Archivis & literarijs Documentis, prout ea omnia tempore occupationis vel deditiois inibi reperta & adhuc non distracta extant. Quæ evacuatio fiet locorum scilicet Pomeraniæ, exceptis Wollino, Damm & Greiffenhagen, intra duas septimanas, à die permutationis Rati habitionum computandas, quo tempore quoque Elbinga restituetur. Wollinum verò, Damm & Greiffenhagen, nec non loca Holsatiæ & Ducatus Sleswicensis intra alias demum duas sequentes hebdomadas, à die supramemoratæ restitutionis evacuabuntur, deductis eodem tempore è dictis locis præsidarijs militibus & è Provincijs ad Serenissimum Regem Sveciæ & Ducem Holsatiæ & Sleswici Regentem spectantibus copijs omnibus, eâ ra-

tionē & modo, de quo inter Partes utriusq; Generales, vel eorum Locum - tenentes intra tempus Ratificationibus commutandis præfinitum conventum fuerit, ita tamen ne præmemoratis restituendis & evacuandis Locis vel Communitatibus, qui præsidia Electoralia habuerunt, aut quovis modo hoc bello in suæ Serenitatis Electoralis Fide & Potestate fuerunt, vel cuiquam Privato quod Partes suæ Serenitatis secutus fuerit, ullâ ratione noxæ fraudiq; sit vel alia in re, quoad pristina Jura, Privilegia, bona, Feuda & libertates illi competentes absq; exceptione vel reservatione præjudicet.

### XXVII.

**C**aptivi hujusce belli cujuscunqve Conditionis ac Status, liberi & sine soluto ullo pretio seu lytro, nisi aliter ante subscriptum Tractatum ab ipsis conventum fuerit, intra spatium trium hebdomadarum, à die Ratificationis dimittentur, pristinaq; libertati restituentur, solutis tamen ab Officiarijs impensis invictum eorum factis, & debitis in Captivitate ab eis contractis. Cæterum Captivis quoq; annumerandi & ab utraque Parte restituendi sunt, qui inviti militiæ alterius Partis nomina dederunt.

### XXVIII.

**D**ebita inter utriusq; Partis Subditos & Incolas tum etiam à Ducibus & Officiarijs belli ubicunq; contracta, utrinq; bonâ fide solventur; Si quæ verò hoc bello ultimo Obligationes & Recognitiones extortæ ab utrinq; sint, in totum cassantur, nullumq; pondus habere declarantur.

### XXIX.

**I**nter Sacræ Regiæ Majestatis Sveciæ & suæ Serenitatis Electoralis Brandenburgicæ, Regni, Provinciarum, Statuum, Ditionum, tam in Imperio Romano, quam extra illud sitarum, Subditos & Incolas pristina restituantur commercia, atq; in posterum in pleno vigore conserventur.

• XXX.

**S**I quæ bona, à Suæ Serenitatis Electoralis Subditis vel Eiusdem Ditionum Incolis in Regiæ Suæ Majestatis Sveciæ, Regno, Provincijs, Ditionibus aut Locis occupatis & hætenus possessis ante vel sub tempus hujusce belli deposita vel aliò quocunqve modo eò delata sunt, ea sine ullâ morâ vel effugijs Dominis suis restituantur, nisi jam Fisco adjudicata atqve extradita fuerint.

XXXI.

**C**UM verò ad Stabilitatem hujus Pacis plurimum intersit, ut univèrsaliter componatur, & inter omnes belli hujus Socios Securitati Commerciorum plenè prospiciatur, ideò licet controversiæ, quæ Serenissimo Regi Regnoq; Sveciæ cum Serenissimo Rege Daniæ intercedunt, hîc commodè decidi non potuerint, & in ipsa Daniæ cum spe successu tractentur; Nihilominus conventum est, ut Serenissimus Daniæ & Norwegiæ Rex, Eiusqve Regna ac Ditiones in hoc Tractatu, conclusâ in Daniæ Pace, comprehendantur, ita ut ea omnia quæ inter alèmemoratos Sveciæ & Daniæ Reges conclusâ & constituta fuerint, ad hanc Pacem pariter ac sibi in hoc Instrumento specificè inserta forent pertinere censeantur. Salvo per omnia ipso Tractatu in Daniæ inter utrosq; Reges & Regna concluso vel concludendo.

XXXII.

**I. S.** **C**Essent omnes hostilitatis actus inter Partes Paciscentes Comnestum Principales tum Foederatas, earumq; Exercitus à die conclusæ & subscriptæ hujus Pacis, computando in Prussiâ tam Regali quàm Ducali exactis quatuor, in Pomerania & Megapoli duodecim, in Curlandiâ & Livoniâ quatuordecim, & in Holfatiâ & Sleswicensi Ducatu exactis viginti diebus, eodem quoqve die in singulis præmemoratis Locis ne-

gotiationes quævis pristino usui restituantur, & literarum commercia libera sint.

II. §. Generales præsidij Elbingensis in Prussia, ac tant Cæsarei quàm Electorales in Pomeraniâ post acceptam hujus armorum Cessationis intimationem, exactam curam adhibebunt, ut usque ad Finalem Pacis executionem militis sustentatio non amplius exigatur more hostili, nec ultra justam & necessariam alimentationem Provincie ipsorum armis infesæ aggraventur, in quem finem Commissarij à Partibus deputabuntur, qui curam sedulam habeant, ne exorbitantiæ contra hanc conventionem fiant.

### XXXIII.

**D**Enique omnium belligerantium in Imperio Partium copia & exercitus post restitutionem locorum ab omnibus Partibus Paciscentibus, dimittantur & exauctorentur, eo tantum numero in suos cujuscunq; proprios Status traducto, quem quæq; Pars pro suâ securitate judicaverit necessarium.

### XXXIV.

**P**Acta hæc rati habeantur à Serenissimo Rege Poloniae nec non Republica Polonâ Eiusq; Foederatis ab unâ: Et Serenissimo Rege Sveciæ ab alterâ Parte, quâ de re ad modum sequentem convenit.

*Primo.* Instrumentum hujus Pacis Manibus ac Sigillis Dominorum Commissariorum utriusque Partis, tum Excellentissimi Domini Legati, Mediatoris subscribatur & invicem tradatur & commutetur.

*Secundo.* Serenissimus Rex Poloniae eadem Pacta illicò à Subscriptionem & Signationem Dominorum Commissariorum Polonicorum, Diplomate Ratificationis in forma conventa confirmet, atq; ex nunc Assurationem Suam interponat subsecuturam inter spatium ad summum trium Mensium computando.

tandorum à Subscriptionem hujus Instrumenti Pacis plenariam  
Ejusdem Regiæ Maiestatis Ratificationem, cum integrâ inser-  
tione Instrumenti Pacis conclusæ ad formulam inter utriusque  
Partis Commissarios conventam.

*Tertio.* Serenissimus Rex Sveciæ solenni Instrumento  
hæc Pacta Nomine Suo & Regni Sveciæ per Subscriptionem  
Serenissimæ Reginæ Matris Sux & Dominorum Regni Sveciæ  
Administram in Formâ conventâ rata habeat.

*Quarto.* Domini Delegati à Republica Polona Lege  
comitiali Anno 1659, deputati, nomine Reipublicæ hæc Pacta  
Subscriptionem & Sigillationem Suâ approbent, in futura Convo-  
catione intra tres Menses celebranda.

*Quinto.* Diplomata Ratificationis tam Sacræ Regiæ  
Majestatis Poloniæ quam Deputatorum Comitiali Lege De-  
legatorum in proximis Comitijis, Constitutionibus & Volu-  
mini Legum Polonicarum inserantur.

*Sexto.* Instrumenta hæc solennia Ratificationis tum utri-  
usque Serenissimi Regis tum dictorum Reipublicæ Delegato-  
rum, ab ambarum Partium Commissarijs intra spatium ad sum-  
mum trium Mensium à Subscriptionem hujus Instrumenti Pacis  
computandorum ad Limites Territoriales, inter Elbingam &  
Mariæburgum, utriusque per Excellentissimum Dominum Me-  
diatorem à Partibus Paciscentibus recipiantur, & ab eodem eo  
ipso tempore inter Partes commutentur.

*Septimo.* Ut Sacra Cæsarea Majestas & Serenissimus  
Electo Brandeburgicus Ratificationes Suas itidem tempore  
& loco eodem tradi faciant.

*Octavo.* Denique ut dicta Serenissimorum Regum & Rei-  
publicæ Poloniæ ac Ejus Fœderatorum Instrumenta Ratificati-  
onum ad conventam & præscriptam formulam, quoad Titu-  
laturam & Sigillationem aliisque requisita nullâ voce aut syllabâ  
immutatâ conficiantur & reciproce commutentur.

I. §. **Q**Uò firmior, stabilior & securior PAX hæc coalescat, & ab omni Parte intemerata duret, promittunt supra memoratæ Partes Paciscentes omnes tam Principales quàm Foederatæ, se hanc Transactionem & Pacem, omnesq; ejus Articulos, Capita & Clausulas, sanctè & inviolabiliter servare velle & debere: Et nè imposterum violari queat, Se invicem ad Generalem Guarantiam & Eviçtionem mutuam ac Defensionem reciprocam omni ex parte obstringunt: Hisce quàm fieri potest firmisimè spondentes, ut si contingat unam partem ab altera vel plures à pluribus, Terra vel Mari bello contra hanc Pacificationem impeti, Aggressor ipso facto pro infractore hujus Pacis ab omnibus habeatur, ejusdemq; beneficio excidat, & tùm altera reliquæq; Paciscentium Partes Parti læsæ ad summum intra duos Menses à requisitione Partis læsæ eidem communibus armis assistere, & bellum tamdiu contra Aggressorem prosequi, donec Pax communi omnium Partium consensu restituta fuerit, invicem teneantur.

II. §. Si verò contingat unam Partem ab Alterâ vel plures à pluribus gravi aliquâ injuriâ, citra tamen vim armorum vexari, non licebit ideò læso ad arma subito recurrere, sed ante amicabilis componendarum hujusmodi controversiarum ratio ineunda erit, videlicet ut læsus acceptâ injuriâ si immediatè cum lædente convenire nequeat, alios Paciscentes moneat, & Commissio generalis omnium Paciscentium nomine instituat ad Læsi confinia, intra spatium quatuor Mensium, in quo inter Deputatos utrinque Commissarios negotium discutiat, & si possibile erit intra quatuor ad summum, alios Menses terminetur.

III. §. Si verò lædentem refractarium ad æqua quæ proponuntur media deprehenderit, tunc læsis licebit, facta tamen prius

prius legitimā belli denunciatione, Jus suum armis prosequi, & bellum, ut supra statutum est, lædenti inferre.

IV. §. Quod si verò turbationes vi contrarijsq; actibus retundantur, solummodo tuendorum Limitum causa Actus ejusmodi pro violatione Pacis non reputabuntur, ipsa autem super limitibus controversia citra vim armorum terminetur.

### XXXVI.

CUM autem pro Majori Securitate hujus Pacificationis, tam Serenissimus ac Potentissimus Rex & Respublica Poloniæ, quam Serenissimus & Potentissimus Rex Sveciæ, ut & Serenissimus Elector Brandenburgicus, postularint, ut Serenissimus ac Potentissimus Princeps ac Dominus, Dominus LUDOVICUS XIV, Galliarum & Navarræ Rex Christianissimus, cujus ope ac studio inter præmemoratos Serenissimos Reges & Serenissimum Electorem Brandenburgicum, Pax promota & mediacione ad optatum finem perducta est, executionis & observationis illius inter Eosdem Fidejussor existeret, Sacra Majestas Christianissima postulationibus ac votis illorum annuens, eodemque animo Pacis hujus perpetuitatem exoptans, quo eam procuravit, pro Se ac Successoribus Suis Regibus Galliæ spondet ac promittit, idq; per Illustrissimum & Excellentissimum Dominum ANTONIUM de LUMBRES, Legatum Suum plenarijs mandatis ad hanc Gvarantiam cavendam instructum, se executionem horum pactorum eorumque observationem ac perpetuitatem inter Eosdem supra nominatos Principes omni meliori quo fieri potest modo, etiam armis ubi amabilia media non processerint asserturam; Et si quis Eorum sub hac fidejussione comprehensorum illa violarit, arma viresq; Suas Parti læsæ ad Eius requisitionem juncturam. Quod, ut firmiter omnibus constet, promittit dictus Dominus Legatus Gallicus, se Ratificationem Regis Sui super hanc Gvarantiam eodem tempore, quo rati habitiones Pacis commutabuntur

extraditurum. Integrum quoque erit Paciscentibus omnibus eandem Christianissimi Regis Guarantiam & Fideiusionem suscipere, & alios quoque in tempore ratihabitionis ad idem Officij genus invitare & denominare Principes ac Potestates.

XXXVII.

**S**i qui Regum, Principum, nec non Rerumpublicarum ac Statuum Amicorum hisce Pactis à quacunqve Parte Paciscentium includi voluerint, sit Ipsis ejus Facultas, modo Se ad ista intra sex abhinc *Menses* declaraverint, & id consensu omnium *Partium* fiat.

In quorum omnium & singulorum fidem majusq; robur omnium *Partium* Legati & Commissarij cum Illustrissimo & Excellentissimo Domino Mediatore præfens *Pacis Instrumentum*, & hoc quidem exemplar Serenissimi Electoris Brandenburgici Legati ac Commissarij *Manibus* Sigillisqve propriis munierunt ac firmarunt. Datum Olivæ, die vigesima tertia *Mensis* Aprilis st. v. die tertia *Mensis* Maji st. n. Anno *Millesimo*, *Sexcentesimo* *Sexagesimo*.

A. D. LUMBRES.  
(L. S.)

JOANNES ab HOVERBECKE,  
*Sereniss. Electoris Brandenburg. Legatus*  
& *Commissarius Plenipotentiarus.*  
(L. S.)

LAURENTIUS CHRISTOPHORUS à SOMNITZ,  
*Sereniss. Electoris Brandeb. Legatus*  
*Plenipotentiarus.*  
(L. S.)

ALBERTUS ab OSTAW,  
*Sereniss. Electoris Brandenburgici Legatus*  
*Plenipotentiarus.*  
(L. S.)

Nos

**N**Os itaq; FRIDERICUS WILHELMUS  
eâdem Gratiâ Marchio Brandenburgensis,  
Sacri Romani Imperij Archi-Camerarius & Prin-  
ceps Elector, Magdeburgi, Pruffiæ, Juliæ, Cliviæ,  
Montium, Stetini, Pomeraniæ, Cassubiorum, Van-  
dalarumq; , nec non in Silesia, Crosnæ & Carnoviæ  
Dux, Burggravius Norinbergensis, Princeps Hal-  
berstadij & Mindæ, Comes Marcæ & Ravensbergi,  
Dominus in Ravenstein: Promittimus & reci-  
pimus Nomine Nostro, Hæredum Successorum ac  
Posterorum Nostrorum, Nos singula & universa  
capita Pactis supra scriptis comprehensa, bona &  
Electoralis Fide approbare, laudare & rati habere;  
Prouti hisce quoque approbamus laudamus & rati-  
habemus (ita tamen ut Articulus secundus inserti  
Instrumenti Pacis, secundum Declarationem Arti-  
culo separato editam accipiatur) Nec passurus à  
Nostris Vasallis, Officiarijs & Subditis ullo modo vi-  
olari. Et quia circa Guarantiam Exterorum Princi-  
pum & Statuum Partes Paciscentes facultatē sibi re-  
servarunt alios Principes & Potestates ad hanc Gua-  
rantiam in ipsa rati habitione invitandi & nominan-  
di, Ideo Nos Serenissimum & Potentissimum Re-

gem Catholicum & Cellos Præpotentes Belgij  
Fœderati Ordines, invitamus & nominamus. In  
quorum Fidem ac Certitudinem Majorem hæcce  
manu Nostra subscripsimus, & Sigillo Nostro Ele-  
ctorali communiri jussimus. Dabantur in Arce  
Nostra Electorali Colonix ad Spræam, die 16. 26.  
Mensis Junij, Anno 1660.

FRIDERICUS WILHELMUS, Elector.

(Locus Sigilli Electoralis)  
( appensi. )

FRIDE.

**F**RIDERICUS WILHELMUS,  
DEI Gratiâ Marchio Brandenburgensis, Sacri  
Romani Imperij Archi-Camerarius & Princeps Elector,  
Magdeburgi, Prusis, Julis, Clivis, Montium, Stetini,  
Pomeranis, Cassubiorum, Vandalorumq̄, nec non in Silesia,  
Crosna & Carnovia Dux, Burggravius Norinbergensis,  
Princeps Halberstadij & Minde, Comes Marca & Ra-  
vensbergi, Dominus in Ravenstein. Notum testatumq̄ fa-  
cimus, Universis & Singulis q̄vorum interest & qui Nostras  
hasce literas visuri vel audituri sunt, Q̄d cum ad Tractatus  
instituendos, de præsenti hoc bello convenienter sopiendo, deq̄  
Pace perpetuâ faciendâ, inter Serenissimum & Potentissi-  
mum Principem, Dominum JOANNEM CASIMI-  
RUM, Regem Poloniae, Magnum Ducem Lithuaniae, &c.  
&c. &c. Dominum Cognatum, Affinem & Fratrem No-  
strum Colendisimum, Regnumq̄ Poloniae, & Magnum Lith-  
vaniae Ducatum, nec non Nos, aliosq̄ Ejusdem Confœderatos,  
ab Unâ: Et Serenissimum ac Potentissimum Principem,  
Dominum CAROLUM GUSTAVUM, Svecorum,  
Gothorum, Vandalorumq̄ Regem, Magnum Principem Fin-  
landiæ, &c. &c. &c. Dominum Cognatum & Fratrem  
Nostrum Colendisimum, Regnumq̄ Sveciæ & Ejus Confœ-  
deratos, ab Altera Parte, modus atq̄ via iniuri cœperit, & in  
eum finem utrinq̄ conveniret, ut dicti Tractatus Pacis primo  
q̄voq̄ tempore, per utriusq̄ Partis & Earum Confœderatorũ

Plenipotentiarios inchoarentur; Nos, ne promovendo tam salutari operi deesse videremur, Nostros quoque Commissarios ad hos Tractatus deputaverimus & constituerimus, prout hisce veros & legitimos deputamus, & constituimus Magnificos & Generosos respectivè Consiliarios Nostros Status Intimos, Cancellarium in Ducatu Pomeraniæ, Judicij Appellationum in Prussia Supremi Consiliarium, & Præfectos Hohensteinensem; Leoburgensem, Bûthoviensemque, sincerè Nobis dilectos & fideles JOANNEM ab HOVERBECKE, in Eichmedien, Baranowo, Domkau & Geyerswalde, Dominum & Heredem, Electoratus Nostri Brandeburgensis Dapiferum Hereditarium, LAURENTIUM CHRISTOPHORUM à SOMNITZ, Hereditarium in Grumsdorff & Drenaw, nec non Hereditarium Camerarium in Pomerania Ducali, Et ALBERTUM ab OSTAW, Plenam his dantes potestatem, ut congressi cum altè memoratorum Regum, & Eorum Confœderatorum, ad talem Actum, cum plena potestate Deputatis & Constitutis Dominis Plenipotentiarijs, nomine & autoritate Nostri Electorali, non modo de Preliminaribus, & ijs, quæ ad viam Tractatui Principali inchoando complanandam facere deprehenduntur, statuant & concludant; sed etiam principale Pacis stabilienæ negotium omniaque & singula, quæ quocumque modo ad subortas hinc inde controversias componendas, & finaliter terminandas, ut & ad mutua utriusque Partis & Eorum

Eorum Confœderatorum Commoda provehenda, pertinere videbuntur, omni meliori modo, viâ & ratione agant, tractent, statuunt & concludant, conclusa Instrumento inserant, inserta verò & transacta firment & perficiant; atq; adeò Pactorum Conventorum instrumenta commutent. Promittimus itaq; verbo Nostro Electorali, ac vigore hujus Procuratorij, Nos ea, quæ supra nominati Nostri Legati Plenipotentiarij, sive omnes simul, sive in unius vel alterius absentia, bini eorum, in supra dicto Pacis negotio, tam præliminari, quam Principali Nostro nomine egerint, tractaverint, sanciverint & concluderint, omni meliori modo firma, rata, grataq; habituros. In quorum fidem majorem præsentis Manu Nostri subscripsimus, Sigilloq; Nostro Electorali communiri jussumus. Dabantur Ripis Cimborum, 13. Januarij, An. 1659.

FRIDERICUS WILHELMUS, Elector.

(Locus Sigilli Electoralis)  
(appensi.)

  
**F**RIDERICUS WILHELMUS, Dei Gratiâ  
Marchio Brandenburgensis, Sacri Romani Imperij  
Archicamerarius & Princeps Elector Magdeburgi, Prussiæ,  
Julix, Cliviæ, Montium, Stetini, Pomeraniæ, Cassubiorum,  
Vandalorumq; nec non in Silesia, Crosnæ & Carnoviæ Dux,  
Burggravius Norimbergensis, Princeps Halberstadij & Mindæ,  
Comes

Comes Marcæ & Ravensburgi, Dominus in Ravenstein, &c.  
Notum testatumq; facimus universis & singulis, quorum in-  
terest, & qui Nostros hasce literas visuri vel audituri sunt: Quod  
cum ad Tractatus instituendos, de præsentis hoc Bello conveni-  
enter sopiendo, deq; Pace perpetuâ faciendâ, inter Serenissi-  
mum & Potentissimum Principem, Dominum JOANNEM  
CASIMIRUM, Regem Poloniæ, Magnum Ducem Lithua-  
niæ, &c. &c. &c. Cognatum, Affinem & Fratrem Nostrum  
Charissimum, Regnumq; Poloniæ, & Magnum Lithuanie Du-  
catum, nec non Nos, aliosq; Eiusdem Confoederatos ab unâ :  
Et Serenissimum ac Potentissimum Principem, Dominum  
CAROLUM, Svecorum, Gothorum, Vandalorumq; Regem  
& Principem Hæreditarium, Magnū Principem Finlandiæ &c.  
&c. &c. Cognatum Nostrum Charissimum, Regnumq; Sve-  
ciæ, & Eius Confoederatos, ab alterâ parte, modus atq; via iniiri  
cæperit, & in eum finem utrinq; convenerit, ut dicti Tractatus  
Pacis, primo quoq; tempore per utriusq; Partis & Earum Con-  
foederatorum Plenipotentiarios inchoarentur, Nos ne promo-  
vendo tam Salutari operi deesse videremur; Nostros quoq;  
Commisarios ad hos Tractatus deputaverimus & constitui-  
mus, prout hisce veros & legitimos deputamus & constituimus,  
Magnificos & Generosos respectivè Consiliarios Nostros Sta-  
tus Intimos, Cancellarium in Ducatu Pomeraniæ, Judicij Appel-  
lationum in Prussia supremi Consiliarium & Præfectos Ho-  
hensteinensem, Leoburgensem, Bytoviensemq; Sincere No-  
bis Dilectos & Fideles, JOANNEM ab HÖVERBECKE, Hæredita-  
rium in Eichmedien, Baranowen, Domkau & Gejerswalde,  
Electoatus Nostri Brandenburg: Dapiferum Hæreditarium,  
LAURENTIUM CHRISTOPHORUM à SOMNITZ, Hæreditarium  
in Grumsdorff, Dreno & Gerbero, nec non Hæreditarium  
Camerarium in Pomerania Ducali, & ALBERTUM ab OSTAV,  
Hære-

Hereditarium in Nervicken & Kegels, plenam His dantes potestatem, ut congressi cum altè memoratorum Regum & Eorum Confœderatorum ad talem Actum cum plenâ potestate Deputatis & Constitutis Dominis Plenipotentariis, nomine & Auctoritate Nostra Electorali, non modo de Præliminaribus & ijs quæ ad viam Tractatui Principali inchoando, complandam facere deprehendentur Statuant & concludant, sed etiam principale Pacis stabiliendæ Negotium, omniâq; & singula quæ quocunq; modo ad subortas hinc inde controversias componendas & finaliter terminandas ut & ad mutua utriusq; Partis & Earum Confœderatorum commoda provehenda pertinere videbuntur, omni & meliori modo, via ratione agant, tractent, statuunt & concludant, conclusa Instrumento inferant inserta verò & transacta firment & perficiant, atq; ad eò Pactorum Conventorum Instrumenta commutent; Promittimus itaq; Verbo Nostro Electorali ac vigore hujus Procuratorij, Nos ea quæ supra nominati Nostri Legati Plenipotentarij, sive omnes simul, sive in unius absentia Bini Eorum in sæpe dicto Pacis Negotio tam Præliminari quam Principali Nostro Nomine egerint, tractaverint, sanciverint & concluderint, omnimeliori modo, firma, rata grataq; habituros. In quorum fidem majorem præsentis manu Nostra subscripsimus, Sigilloq; Nostro Electorali communiri jusimus. Dabantur in Arce Nostrâ Colonix ad Spræam 10. 20. Mensis Martij, Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo.

FRIDERICUS WILHELMUS, Elector.

*Locus Sigilli Electoralis  
appensi.*

F

Anno

**A**nno 1660, die 16. Mensis Augusti, commu-  
tatio facta est hujusce Præsentis Instrumenti Ratificatio-  
nis Electoralis, cum Ratificatione Regis Sveciæ, tam Instrumen-  
ti Pactorum, quam Articuli Declaratorij. In cujus rei fidem,  
cum Illustrissimo atqve Excellentissimo Domino Legato Me-  
diatore, Illustrissimus atqve Excellentissimus Dominus Lega-  
tus Plenipotentarius Electoralis Brandenburgicus hæc sub-  
scripsit, Gedani, Anno & die ut supra.

*A. de Lumbres.*  
(L.S.)

*Joannes ab Hoverbeeke.*  
(L.S.)

*Christianus Hempell*  
Legationis Electoralis Brandenburgicæ  
Secretarius.




### Formula Promulgationis Pacis

ab omnium Partium Paciscentium Legatis Plenipotentarijs  
die tertia Maji, An. 1660. mutatis mutandis  
subscripta.

**C**Um jam Divina adspirante Gratiâ, eò Tractatus  
Pacis deducti, ut omnes Articuli, qui solenne Pacis In-  
strumentum constituere debent, approbati ac manu Secretariorum  
Legationum subscripti, ac inter Partes commutati sint; ideo Nos  
infra scripti Commissarij, ac Legati S. Reg. Majestatis Regniq;  
Sveciæ, eos omnes nunc quoq; ratihabemus Articulos, eosq; o-  
mnes prout à Secretarijs subscripti sunt, nihil nisi de consensu  
Partium ad illos, vel in illis addendo, vel demendo, vel mutando  
in In-

*in Instrumentum Pacis inscribendos, declaramus, atq; à subscri-  
ptione hujus Articuli Pacem factam promulgamus, inter S. R.  
Majest. Regnumq; Svecia, & Serenissimum Regem ac Rempbl.  
Polonam, Eorumq; Fœderatos Sac. Cas. Maj. & Sereniss. Electo-  
rem Brandeburgicum, incipiatq; à tempore & die determinatis  
per Articulum de Cessatione Armorum, & sit ita Armistitium,  
atq; omnis hostilitas cesset per totum Regnum Polonia, & Ma-  
gnum Ducatum Lithvania, Borussia, Curlandiam, nec non in  
Pomerania, Megapoli, Holsatia, alijsq; Partium Ditionibus o-  
mnibus, in & extra Imperium sitis, ac Postarum Litterarumq;  
ut & Mercaturæ, peregrinationis, & agriculturæ commercium,  
& facultas secure dehinc tuta, & libera sit, & proinde id statim  
postquam subscriptus erit hic articulus, Generalibus & officia-  
rijs omnibus id notificabitur, & sine morâ ubivis publicabitur.*

Locus Nominum & Sigillorum Lega-  
torum Svecicorum.



*Cessationis Armorum Universale à Commissarijs Polonicis  
die quarta Mensis Maji st. n. publicatum.*

**N**Os Sacræ Regiæ Majestatis Reipublicæque  
Poloniæ ad Tractatus Polono-Svecicos Legati Ple-  
nipotentiarij, omnibus & singulis quorum interest, aut quomodo-  
libet interesse potest, notum testatumq; facimus: Quòd,  
cùm divinâ bonitate factum fuerit, ut de bello nuper exorto  
convenienter sopiendo, deq; Pace universali, inter Serenissi-  
mum Regem, Dominum Nostrum Clementissimum Remq;  
publ. Polonam, & Ejus Fœderatos ac belli Socios, nimirum Sa-

cram Cæsaream Majestatem & Serenissimum Electorem  
Brandenburgicum, ab unâ: Et Serenissimum Regem Re-  
gnumq; Sveciæ ab alterâ Parte Mediationem conciliandæ Paci  
Serenissimo ac Potentissimo Rege Christianissimo præstante  
candemq; Serenissimis Regibus Poloniae & Sveciæ, ac Ele-  
ctore Brandeburgico acceptantibus ex mutuâ Partium conven-  
tione statuto tempore & loco, die quintâ Jannarij Anni curren-  
tis Olivæ post invocatum Divini Numinis auxilium, mutuasque  
Plenipotentiarum Tabulas ritè commutatas Tractatum incho-  
averimus, ac in decursu ejusdem Serenissimo Rege Sveciæ è  
vîvis decedente, renovatis à Serenissimo ac Potentissimo Prin-  
cipe ac Domino, Domino CAROLO, moderno Sveciæ Re-  
ge Plenipotentiarum tabulis feliciter continuaverimus, ac tan-  
dem ad Divini Numinis gloriam & Christianæ Reipubl. Salu-  
tem, Pacem perpetuam & universalem, inter Serenissimum  
Regem, Dominum Nostrum Clementissimum, Regnumque  
Poloniæ, Magn. Duc. Lithuanix, eisdem annexas Provincias  
ac Fœderatos Eorum ab unâ, & Sereniss. Regem Regnumq;  
Sveciæ ab alterâ Parte, die tertiâ Mensis Maji anni currentis  
concluserimus, manibusq; nostris instauratæ Pacis Instrumenta  
subscripserimus, significamus igitur, denunciamus, declaramus-  
que, omnes cessare hostilitatis actus, inter Partes Paciscentes,  
tùm Principales tùm Fœderatas, earumq; Exercitus, à die con-  
clusæ & subscriptæ Pacis, scilicet tertiâ Mensis currentis, com-  
putando in Prusfiâ tam Regali quàm Ducali exactis quatuor, in  
Pomeraniâ & Megapoli duodecim, in Curlandiâ & Livoniâ  
quatuordecim, in Holsatiâ & Schlesvicensi Ducatu viginti die-  
bus, eodem quoque die in singulis præmemoratis locis, nego-  
ciationes quævis pristino usui restitui & litterarum commercia  
libera esse debere. Quod ut eò citiùs ad omnium notitiam

deve-


devenire possit, præsentibus promulgari publicariq; ubiqve lo-  
corum, præsertim per Prussiam & Curlandiam volumus & re-  
quirimus. Datum Gedani, die quartâ Mensis Maji, Anno  
Domini M. DC. LX.

IOANNES de LESZNO,  
*Palatinus Posnaniensis, Majo-  
ris Polonia Generalis, ad Tra-  
ctatus Polono Svecicos Lega-  
tus Plenipotentiarius.*  
(L. S.)

CHRISTOPHORUS PAC,  
*supremus M. D. Lithuanie Can-  
cellarius, ad Tractatus Polono Sve-  
ticos, Legatus Plenipotentiarius.*  
(L. S.)

IOANNES ANDREAS MOR-  
STIN, *Refferendarius Regni,  
Legatus Plenipotentiarius.*

IOANNES GNINSKY,  
*SucCamerarius Pomerania, Le-  
gatus Plenipotentiarius.*



## RATIFICATIO

*Regis Poloniae Provisionalis Domino Legato Me-  
diatori extradita.*

**J**OANNES CASIMIRUS Dei Gratia Rex  
Poloniae, Magn. Dux Lithuaniae, &c. &c. &c. Signifi-  
camus tenore præsentium omnibus & singulis notitiam horum  
habituris. Postquam summo Pacis Auctore DEO annuente,  
Tractatus de Pace perpetua cum Serenissimo olim Principe,  
Domino CAROLO GUSTAVO, Svecorum, Gotho-  
rum, Vandalorumq; Rege, M. Duce Finlandiae &c. &c. &c.  
per Commissarios Serenitatis suae & Regni Sveciae, Olivæ cæ-  
pti, ac deinceps ubi idem Serenissimus CAROLUS GU-  
STAVUS, voluntate Divina disponente, durantibus hisce

Tractatibus in vivis non ita pridem esse desijt, & Serenissimus Princeps Dominus CAROLUS prædefuncti Parentis unicus Filius & Hæres, in fastigium Paterni solij succesit, novisque Mandatis dictos Commissarios instruxit, in præsens tempus continuati: ad finem tandem desideratum deducti sunt, ultimæq; eis manus per Commissarios tam Nostros, quàm Serenissimorum Foederatorum Nostrorum, utpotè Serenissimi ac Potentissimi Principis Domini LEOPOLDI, Rom. Imperatoris semper Augusti, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Sclavoniæ, Dalmatiæ Regis, Archiducis Austriæ &c. &c. &c. Nec non Serenissimi Principis, Domini FRIDERICI WILHELMI, S. R. J. Principis Electoris & Archicamerarij, in Prussia Ducis &c. &c. &c. Mediatione sedulâ Christianissimi Regis die 3, Mensis Maji, Anno quò infra, est imposita. Superestq; tantum, ut Nosea omnia & singula acta & conclusa, quæ in Instrumento Pacis, Tractatusq; hujus inclusa sunt, Authoritate Nostra Regia firmemus & robaremus. Ea propter nihil ( quantum in nobis est ) tam pium & sanctum opus morati, prædictum Tractatum manibus tam Nostrorum, quam Serenissimorum Foederatorum Nostrorum, ac ex parte Regni Sveciæ Commissariorum, cum plena potestate subscriptum, & sigillis roboratum, approbandum atque ratificandum esse duximus, prout præsentis Nostro Diplomate confirmamus, approbamus & ratum habemus. Insuper promittimus ac recipimus Nostro, Successorum Nostrorum, & Regni Poloniæ ac M. D. Lithuan. Nomine, Nos singula & universa capita, Articulorum & Paragraphorum Instrumentorum Pactorum superscriptorum inclusorum & comprehensorum, in omnibus Eorundem Punctis, Clausulis, pro ratis & firmis semper & in perpetuum habituros, nec passuros à Nobis subditisq; Regni Poloniæ & Mag. Duc. Lithv. Nostris, ullo modo violari, sed ea cuncta, vel per præ-

prædictos Commissarios conclusa, & determinata, pactisq; dictis comprehensa sunt, observaturos, & manutenturos. In quorum majorem fidem præsentis Manu Nostra subscriptas, sigillo quoq; Regni Majori communiri jussimus. Dabantur Gedani, die quarta Mensis Maji, Anno 1660.

JOANNES CASIMIRUS, Rex.

(L. S.)

Stephanus Hanckiewitz,  
*Secretar. Regius.*



*Formula Solemnis Ratificationis Regis Poloniæ.*

**N**os JOANNES CASIMIRUS, Dei Gratiâ Rex Poloniæ, Magn. Dux Lithuanicæ & c. & c. & c. Significamus omnibus & singulis, quorum interest; Dedisse Nos Commissarios ac Legatos nostros plenâ potestate ac mandatis instructos ad tractandum, interveniente mediatione Christianissimi Regis de Pace Perpetua, cum Serenissimo & Potentissimo Principe ac Domino, Domino CAROLO, Svecorum, Gothorum, Vandalorumq; Rege, & Principe Hæreditario, Magno Principe Finlandiæ & c. & c. & c. Consanguineo Nostro & Regno Sveciæ. Qui congressi cum Serenissimis Ejus & Regni Sveciæ Legatis ac Commissariis, sequentia Pacta, uti verbotenus infra sunt expressa & inserta, inierunt, statuerunt & concluderunt.

*Infer-*

*Inferio Paëtorum.*

**N**os itaq; JOANNES CASIMIRUS, eadem Gratia Rex Poloniæ, M. Dux Lithuanix &c. &c. &c. Promittimus & recipimus Nomine Nostro, Successorum, ac Posterorum Nostrorum & Reipubl. Poloniæ, Nos singula & universa Capita Paëtis suprascriptis inserta & comprehensa, bonâ & Regiâ fide approbare & ratihabere, sicuti hisce approbamus & ratihabemus (ita tamen ut Articulus secundus inserti Instrumenti Pacis secundum Articulum separatum Declaratorium accipiatur) Nec passuros à Nostris ac Regni Poloniæ Magniq; Ducatus Lithuanix Vasallis, Officialibus, ac Subditis, ullo modo violari. Et quia circa Gvarantiam Exterorum Principum & Statuum Partes Paciscentes Facultatem sibi reservarunt alios Principes & Potestates ad hanc Gvarantiam in ipsâ ratihabitione invitandi & nominandi; Ideo certos Principes & Status ad Gvarantiam hanc præstandam Nostro & Reipublicæ Nomine per Ministros Nostros invitavimus atq; Eisdem circa Commutationem Ratificationum coram Partibus Paciscentibus nominandi facultatem Legato Plenipotentiaro Nostro dedimus. In quorum majorem fidem ac certitudinem hæc manu Nostra subscripsimus & sigillo Regni Nostri muniti jusimus. Dabantur Warsaviæ in Conyocatione solenni, die 26. Junij, Anno M. DC. LX.

JOANNES CASIMIRUS, Rex.

L. S.

Pleni-

PLENIPOTENTIA  
REGIS POLONIÆ  
prior.

**N**OS JOANNES CASIMIRUS, Dei Gra-  
tiâ Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniae, &c. &c. &c.  
Notum testatumque facimus, universis & singulis quorum in-  
terest. Quod cum ad Tractatum instituendum, de præsentî  
hoc bello, eoque diuturno & funesto convenienter sopiendo,  
deque faciendâ perpetuâ Pace, inter Nos, Regnumque Polo-  
niæ, & Magnum Ducatum Lithuaniae, Nostrosque Fœde-  
ratos ab una, & Serenissimum Principem Fratrem, Consan-  
gvineum & Vicinum Nostrum, Dominum CAROLUM  
GUSTAVUM, Svecorum, Gothorum, Vandalorumque;  
Regem, Magnum Principem Finlandiæ, &c. &c. &c. Et  
Regnum Sveciæ Eiusque Confœderatos ab altera parte, mo-  
dus & via iniri cœperit, atque Serenitatis Suae Nomine decla-  
ratum & contestatum sit, nihil quod ad ejusmodi Tractatum  
inchoandum, instituendum, & plenè perficiendum merito  
requiri poterit, à parte Eiusdem Suae Serenitatis desideratum  
iri. Ideò testaturi constans Nostrum propositum & animi pro-  
pensionem, ad promovendum dictæ Pacis negotium, non  
modo in præfatum Tractatum consensimus, sed illico etiam  
deputavimus & constituimus: Sicuti etiam vigore præsen-  
tium deputamus & constituimus veros & legitimos Nostros  
ad suprâdictum Tractatum Commissarios, Illustrissimos,  
Illustres, Magnificos, & Generosos, Nobis sincerè fideles,  
& dilectos D. D. Joannem Comitem à Leszno, Palatinum  
Posnaniensem, Sacræ Reginalis Majestatis Marschalcum,  
Generalem Majoris Poloniæ, Mariæburgensem, Corsu-  
nensem. Georgium Comitem in Wisnicz, Supremum  
G Regni

Regni Campi Marschalcum, Generalem Minoris Poloniae, Cracoviensem, Scepusiensem, Chmielnicensem, Nizinenf. Pereaslaviensem, Olstinenfem, Casimirienfem. Nicolaum in Prazmow, Supremum Regni Cancellarium, nominatum. Episcopum Luceoriensem, Abbatiae Siecichoviensem perpetuum Administratorem, Praepositum Cracoviensf. Christophorum Pac, Supremum Magn. Duc. Lithuan. Cancellarium, Wilkovistensem, Kozienicensem, Clescelensem, Ostriinensem. Joannem Andream Morstin de Raciborsko, Referendarium Regni, Kovalienf. Zavichoystent. Vladislaum de Naglovice Rey, Thesaurarium Curiae Regni, Sacrae Reginalis Majestatis Cancellarium Neokorciniensem, Libusciensem. Joannem in Gnin Gninski, Succamerarium Palatinatus Pomeraniae Gnesnenf. Gubernatores. Dicitisq; Noftris Commissarijs Plenam Potestatem damus, ut congressi, cum altè memoratae Serenitatis Suae, ad talem Actum cum Plena Potestate Deputatis & constitutis Dominis Commissarijs Nomine & Authoritate Nostra Regia, non modo de Praelimiribus, & ijs quae ad viam Tractatui Principali inchoando complanandam facere deprehendentur, statuunt & concludant, sed etiam Principale Pacis stabiliendae negotium, omniaque & singula, quae quocunqve modo ad subortas hinc inde controversias componendas & finaliter terminandas, ut & ad mutua utriusque Partis commoda provehenda, pertinere videbuntur, omni meliori modo, via & ratione, agant, tractent, statuunt & concludant, conclusa Instrumento inferant, Inserta verò & transacta firment & perficiant, atque adeo Pactorum Conventorum Instrumenta invicem commutent. Promittimus itaque verbo Nostro Regio ac vigore hujus Procuratorij, Nos ea quae supra nominati Nostri Plenipotentiarij Commissarij, sive omnes simul, sive in unius vel alterius

rius Absentia, reliqui eorum, in sæpe dicto pacis negotio, tam Præliminari, quam Principali, Nostro Nomine egerint, tractaverint, sanciverint, & concluderint, omni meliori modo, firma, rata grataque habituros. In quorum fidem majorem præsentès *Manu Nostra* subscriptas, Sigillo quoque Nostro Majori communiri jusimus. Datum Warfavia, die XXIV. Mensis Maji Anno M. DC. LIX.

JOANNES CASIMIRUS Rex.

(L. S.)  
(appensi)

Joannes Ignatius Bakowski,  
Succamer. Culmens.



PLENIPOTENTIA  
REGIS POLONIÆ

*posterior.*

**N**OS JOANNES CASIMIRUS, Dei Gratiæ Rex Poloniæ, Magn. Dux Lithuanicæ & c. & c. & c. Notum testatumque facimus Universis & Singulis, quorum interest, Quod cum ad Tractatum instituendum, de præsentis hoc bello, eoque, diuturno, & funesto, convenienter sapiendo, deq;

G 2

faci-

facienda Pace perpetua inter Nos Regnumq; Poloniæ & *Ma-*  
*gnum* Ducatum Lithuanix Nostrosq; Foederatos ab una, &  
Serenissimum Principem Nepotem, Consanguineum & vici-  
num nostrum, Dominum CAROLUM, Svecorum, Gothorum,  
Vandalorumq; Regem, *Magnum* Principem Finlandix, & c.  
& c. & c. & Regnum Sveciæ, Ejusq; Confoederatos ab altera  
parte, modus & via iniri cœperit, atq; Serenitatis Sux Nomine  
declaratum & contestatum sit, nihil quod ad ejusmodi Tracta-  
tum inchoandum, instituentum, & plenè perficiendum merito  
requiri poterit, à parte Ejusdem Sux Serenitatis desideratum iri:  
Ideò testaturi constans Nostrium propositum, & animi propen-  
sionem, ad promovendum dictæ Pacis negotium, non modo  
in præfatum Tractatum consensimus: Sed illico etiam depu-  
tavimus, & constituimus, sicuti etiam vigore præsentium depu-  
tamus & constituimus, veros & legitimos Nostros, ad supradic-  
tum Tractatum Commissarios, Illustrissimos, Illustres, *Ma-*  
*gnificos* & Generosos, Nobis sincerè fideles & dilectos, D. D.  
Joannem Comitem à Leszno, Palatinum Posnaniensem, Sac.  
Reginalis *Majestatis* Marschalcum, Generalem *Majoris* Po-  
loniæ, *Mariæburgensem*, *Corsunensem*, Georgium Comitem  
in Wisnicz, Supremum Regni Campiq; *Marschalcum*, Gene-  
ralem *Minoris* Poloniæ, *Cracoviensem*, *Scepusiens.* *Chmiel-*  
*nicens.* *Niziniens.* *Pereaslaviens.* *Olstiniens.* *Casimiriens.* Nico-  
laum in Prazmow, Supremum Regni Cancellarium, nomina-  
tum Episcopum Luceoriensem, Abbatix Sיעיעחoviens. per-  
petuum Administratorem, Præpositum *Cracoviens.* Christo-  
phorum *Pac*, Supremum *M. Duc.* Lithuanix Cancellarium,  
*Wilkovistens.* *Kozienicens.* *Kleszczelens.* *Ostriniens.* Joannem  
Andream Morstyn, de Raciborsko. Referendum Regni,  
*Kovaliens.* *Zavichostens.* Uladislauum de Naglovicé Rey,  
*Thesaurarium* Curix Regni, Sac. Reginalis *Majestatis* Cancellarium

larium, Neokorcynensem, Zibusienf. Joannem in Gniin  
Gninski Succamerarium Palatinatus Pomeraniæ, Gnesiensem,  
Gubernatores, dictisq; Nostris Commissariis, Nomine & Au-  
toritate Nostra Regia non modo de præliminaribus, & ijs, quæ  
ad viam Tractatui Principali inchoando, complanandam, fa-  
cere deprehendentur, statuunt, & concludant: sed etiam prin-  
cipale Pacis stabilendæ negotium, omniaque & singula, quæ  
quocunq; modo ad subortas hinc inde controversias compo-  
nendas, & finaliter terminandas, ut & ad mutua utriusq; Partis  
commoda provehenda pertinere videbuntur, omni meliori  
modo, via & ratione agant, tractent, & statuunt concludantq;,  
conclusa Instrumento inserant, inserta verò & transacta firment,  
& perficiant, atq; ad eò Pactorum Conventorum Instrumenta  
invicem commutent. Nos ea quæ supra nominati Nostris Ple-  
nipotentiarij Commissarij sive omnes simul, sive in unius vel  
alterius absentia, reliqui eorum, in sæpè dicto Pacis negotio,  
tam præliminari quam Principali Nostris Nomine egerint tra-  
ctaverint & concluderint, omni meliori modo firma, rata gra-  
taq; habituros. In quorum fidem majorem præsentis manu  
Nostra subscriptas sigillo quoque nostro majori communiri  
jussimus. Datum Gedani die quarta Mensis Aprilis Anno mil-  
lesimo sexcentesimo sexagesimo.

JOANNES CASIMIRUS, Rex.

L. S.

Stephanus Hanckiewicz,  
Secretar. Regius.

G 3

Forma.

*Formula Ratificationis Paëtorum*  
*D. D. Delegatorum Serenissimi Regis & Reipubl.*  
*Poloniae.*

**N**Os Senatores & Eqvestris Ordinis, à Serenissimo Rege & Reipubl. Poloniæ, Lege Comitiali Delegati Commissarij; Constare volumus, quorum inter est, Universis & Singulis; Quod cum Illustris. ac Excellentissimi Dn. Sac. Reg. Majest. Domini Nostri Clementissimi & Reipubl. Commissarij ad Tractatus Pacis Perpetuæ, inter utrasq; Regias Majestates & Inclÿta Regna Poloniæ & Sveciæ, virtute potestatis à Sac. Reg. Majest. tum & à Republica illis factæ, cum Illustris. ac Excellentis. Dnis. Serenissimi Regis Regniq; Sveciæ Commissarijs in certa Pacta & Leges Perpetuæ Pacis convenerunt, quorum tenor est, qui sequitur.

*Insertio Paëtorum.*

**N**Os Itaq; Senatores & Eqvestris Ordinis, à Serenissimo Rege & Republica Poloniæ, Lege Comitiali Delegati Commissarij, promittimus & recipimus, vi potestatis Nobis à Reipubl. concessæ Nomine Ejusdem, Nos omnia & singula Capita Pactis suprascriptis comprehensa juxta Constitutionem Regni Anni 1659. adprobare & ratihabere,

bere, sicuti vigore quoque præsentium approbamus & ratihabemus, ( ita tamen ut Articulus secundus inserti Instrumenti Pacis secundum Articulum separatum declaratorium accipiatur ) nec passuros ut ab ullo Reipubl. Statu, Vasallo, Officiali aut Subdito, quovis modo violentur. Cavemusq; & promittimus Diplomata Ratificationis hujus Pacis, tam Sacræ Regiæ Majestatis, quam hoc Nostrū, in proximis Comitijis Regni Generalibus, Constitutionibus & Volumini Legum Nostrarum Insertum iri. Et quia circa Gvarantiam Exterorum Principum & Statuum Partes Paciscentes facultatem sibi reservarunt, Alios quoq; Principes & Potestates ad hanc Gvarantiam in ipsa ratihabitione invitandi & nominandi. Ideo Principes & Status à Sacra Regia Majestate ad præstandam Gvarantiam invitatos & circa commutationem Ratificationum coram Partibus Paciscentibus nominandos pro Principibus, Statibusq; Caventibus, tanquam si expressè hic nominati essent acceptamus. In quorum omnium fidem, præsens hæc Approbatio, Subscriptione Manuum Nostrarum, Sigillisq; Nomine Senatus, Celsissimi Primatis Regni, Nomine verò Deputatorum ex Ordine Equestri, Illustrissimi Domini Succamerarij Pomeraniæ, tanquam proxime præteritorum Comitiorum Marefchalli, firmata & roborata. Ea;

eandem vim atqve robur ac si omnium atqve singulorum Deputatorum appensa essent Sigilla, habitura est. Datum Warsaviæ in Convocatione solenni die vigesima sexta Junij, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo.

- |   |   |   |
|---|---|---|
| Venceslaus Comes de Lesno, <i>Archiepiscopus Gnesnensis.</i>                                    | Andreas Trzebicky, <i>Episcopus Cracoviensis, Dux Severie.</i>                  | Alexander Naruffewic, <i>Procancelarius M. D. Lithy.</i>  |
| Casimirus Dux Czartorycky, <i>Episcopus Vladislaviensis &amp; Pomerania.</i>                    | Joannes D. Zawiffa, <i>Episcopus Vilnensis.</i>                                 | Joannes Casimirus in Krasne Krasinsky, <i>Supremus Regni Thesaurarius, Lomsenf. Prasin. Gubernator.</i> |
| Joannes Gembicky, <i>Episcopus Plocensis.</i>   | Vladislaus Comes de Lesno, <i>Palatin. Lenciciensis.</i>                        |   |
| Joannes Stephanus Wysga, <i>Episcopus VVarmiensis.</i>  | Adamus Matthias Sakowicz, <i>Palatin. Smolecensis, Administ. Thesauri Lith.</i> | Lucas Opalinsky, <i>Marschalcus.</i>  |
| Thomas de Lezenice, <i>Episcopus Chielmiensis.</i>  | Joannes de Tenczin Tarlo, <i>Palatinus Leodiensis.</i>                          | Andreas Olszowsky, <i>Decanus Cracoviensis Reserendarius Regni.</i>                                     |
| Georgius Bialozor, <i>Episcopus Smolecensis &amp; Czernicoviensis.</i>                          | Joannes Carolus Kopec, <i>Palatinus Polocensis.</i>                             |   |
| Christophorus Tyskiewicz, <i>Palatinus Czernikoviensis, Lubecensis, Lazoviensis Capitaneus.</i> | Stanislaus Laskowsky, <i>VVoyewoda Ploczky.</i>                                 |   |
|   | Casimirus Ludovicus Jewlazewsky, <i>Palatin. Brestensis.</i>                    |   |

Johan-

- Joannes Wielopolsky, *Castellanus VVojnicensis Capitaneus Varsaviensis.*  
 Gremianus Dembinsky, *Castellanus Rogozow. Capitaneus Treidane.*  
 Georgius Thynicky *Sac. Reg. Maj. Secretarius Deputatus Ducatus Ofzicim. & Zatorieny.*  
 Joannes Zeñowicz, *Marschallus Osmianensis Deputatus.*  
 Constantinus Alexandrowicz, *Subjudeus Grodnensis Deputatus.*  
 Chrysoftomus Gizycky, *Iudex Terra VVielunensis, Sacra Reg. Maj. Secretarius Deputatus.*  
 Martinus de Ledochow Ledochowsky, *Deputatus Palatinatus Voliniensis.*  
 Joannes Krapowicky, *Succamerarius Smolecensis, Author. Convent. Comitialis Deputatus.*  
 Christophorus Anthonius Obrinsky, *Succamerarius Palatinatus Novogrodienfis Deputatus.*  
 Christophorus de Grzymultowice Grzymultowsky, *Castellanus Pofnan.*  
 Alexander à Sielec Sielsky, *Castellanus Gnesnensis.*  
 Albertus de Mokronos Mokronosky, *Castellan. Ravenfis.*  
 Christophor. de Zegolky Zegocky, *Succamer. Calisienf. Palatinat. Gubernat. Babimostenfis, Sac. Reg. Maj. Colonellus uti Deputatus Palatinatus Pofnamienfis.*  
 Gothardus Wilhelmus Butler, *Supremus Regni Camerar.*  
 Jerfzy Plattinsky, *Starosta Cnorst.*  
 Nicolaus Franciscus Roszochacky, *Iudex Terrestris Palatinatus Trocens. Deput.*  
 Vladislaus Victorinus Sicinsky, *Dapifer Upitens. Deput.*  
 Spytek de Buzencow Pstrokonsky, *Dapifer Brestenf. Deput. Palatin. Brestensis & Cujavienfis.*  
 Joannes Korfack, *Succamer. Polocens. Auth. Convent. Comitialis Deputatus.*  
 Alexander Jasieniecky Voyna, *Tribunus Uztescens. Deput.*  
 Albertus Opacky, *Succamer. Varsavien. Capit. Latovicensis, Deput. Ter. Vladislav.*  
 Martinus à Obory Oborsky, *Succam. Ter. Livenf. & ejusdē in Duc. Mazov. Depu.*  
 Samuel Rudziensky *Vexillifer Cemenfis, Deput. Ducatus Mazovia Terr. Czernens.*  
 Valerianus Petrikowsky, *Succamer. Rozan. Makovicens. Deputatus Ducatus Mazovia.*  
 Olbrechtus Adrianus Lafocky, *Dapifer Terra Vifzogrodienfis, Secret. Sac. Reg. Majest. Deput. Vifzogrod. Duc. Maz.*

Joannes Albertus Lipsky, <i>Succamer. Ravenfis. Inowlod. Capitaneus.</i>	Joannes Aderchas, P. K. Koni.	Nicolaus à Redanow Zabulic, <i>Succamer. Gostinensis, Capita- neus Czermnisciens.</i>
Adamus Burkacki, Pincerna ac Deputa- tus Ducatus Czerni- choviensis.	Joannes Ignatius Ba- kowski, <i>Succamer. Culm Consil. Depu- tatus Terrar. Prussia.</i>	Magnus Ernst Gro- tuz, <i>General Ma- jor I. K. Msci.</i>
Joannes Gninski, <i>Succamerarius Pomerania, Gnesnensis Gubernator, proximè præteritorum Commisitorum Regni Marschalcus.</i>		

( Locus Sigilli )  
( appensi )



PLENIPO TENTIA  
*Statuum & Ordinum Regni Poloniae & Magni  
Duc. Lithuaniae.*

**N**Os Status & Ordines Regni Poloniae, Ma-  
gniq; Ducatus Lithuaniae: Notum testa-  
tumq; facimus. Qvod prout Sacra Regia Majestas  
Dominus noster Clementissimus ad Tractatum in-  
stituendum de praesenti hoc bello Polono Suetico  
diurno & funesto convenienter sopiendo, deque  
facienda Pace Perpetua inter se Regnumq; Polo-  
niae, & Magnum Ducatum Lithuaniae, Ejusq; Ma-  
jestatis Confœderatos ab una: nec non Serenissi-  
mum Principem, ac Dominum, Dnum. CAROLUM  
GUSTAVUM, Svecorum, Gothorum, Vandalorumq;  
Regem, Magnum Principem Finlandiae, &c. &c. &c.  
Regnum.

Regnumq; Sveciæ & Ejus Confœderatos ab altera parte; Commissarios suos Plenipotentiarios deputavit & constituit: ita & Nos autoritate S.R. Majest. Dni. nostri Clementiss. accedentes, testatoq; ad invicē publicæ tranquillitatis studio inducī, faciendū duximus, ut eosdem Commissarios, Illustrissimos, Illustres, Magnificos & Generosos Dominos, Joann. Comitem à Lesno, Palatin. Posnaniens. Major. Poloniae General. Mariæburg. &c. Georg. Comitem in Wisnicz, Suprem. Regni Campiq; Marschal. General. Min. Polon. Cracov. &c. Nicolaum in Prazmow, Regni &c. Christoph. Pac, M.D.L. Supremos Cancellarios, Wilkow. &c. Gubernatores. Andream Morfztin Referendar. Regni &c. Vladislaum Rey, Thesaur. Curiae Regni &c. Joan. Gninski, Succam. Pomeran. &c. publico nostro Consensu Autoritateq; Comitiali deputarem9, prout vigore præfentiū deputamus. Quibus plenā & absolutam Potestātē damus, omnia & singula negotia, quæ ad mutuā utriusq; Regiæ Majestatis, & Regnorū Poloniae ab una; & Sveciæ ab altera partibus, commoditatē spectant, tractandi & perficiendi controversias quasvis componendi & finaliter determinandi, præmissaq; omni meliori modo, via & ratione, quibus ab utrinq; visum fuerit, statuendi & concludendi: nec non Rescripta super his necessaria & diplomata dan-

di & invicem accipiendi & Reipubl. nomine quicquid transactū fuerit, firmandi & assecurandi. Promittimus autem plena & integra fide, ea quæ acta, sancita, conclusaq; fuerint, Nos ex parte nostra rata firmaq; habituros, & ex nunc rata firmaq; habere. In cujus rei fidem præsentibus manibus Senatorum, nec non Marschalci nunciorum Terrestrium, ad Comitata Regni Generalia congregatorum, Nomine Equestris Ordinis subscriptas & Sigillo Illustrissimi & Reverendissimi Domini Archiepiscopi Gnesnensis Regni Poloniae Primatis, Primiq; Principis munitas damus Waraviae in Comitatu Regni Generalibus, die XXIV. Mensis Maji, Anno Domini M. DC. LIX.

Wencesl. de Lesno, *Archiep. Gnes.*  
Casimirus Czartorijski, *Episcop.*  
*Vladislaviensis.*

Joannes Dorogallo Zawisza,  
*Episcopus Vilnensis.*

Albert. Tholibowski, *Episc. Posn.*

Joannes Stanisl. Wyzga, *Episcopus Luceoriensis.*

Stanisl. Sarnowski, *Episc. Przemis.*

Thomas de Lezenice, *Episcopus Chelmenensis.*

Thomas Ujeyski, *Episcop. Kyov.*

Joannes Tarlo, *Palatinus Lublin.*

Stanislaus Laskowski, *Palatinus Plocensis.*

Casimirus Ludovicus Jewlazewski, *Palatinus Brestensis.*

Stanislaus Potocki, *Palatin. Cracoviensis. Dux Exercitus.*

Christophorus Zawisza, *Marschal. Suprem. M. D. L.*

Steph. Czarniecki, *Pal. Ter. Russ.*

Joan. Zamojski, *VVojewoda. Send.*

Nicol. Steph. Pac, *Pal. Trocens.*

Georg. Carol. Hlebowicz, *Gener. Ducat. Samog. Gubernator.*

Hieron. Wierzbowski, *Pal. Brestensis. Cujaviensis, Oszoiecimensis, Berwaldens. Capitan.*

Adam. Matthias Sakowicz, *Pal. Smolescen. Admin. Thes. M. D. L.*

Stanisla. Casimirus Breniewski, *Castellan. VVolhynia, Bohuslaviensis, Nossoviensis Capitan.*

(L. S.)  
Archiepisc. Gnesn.

Joannes in Gnin Gninski, *Succamerarius Pomeraniae, Praefectus Gnesnensis, Marschalcus Comitatorum Regni.*

FOR-

## RATIFICATIONIS PACTORUM

*Sacra Casarea Majestatis.*

**L**EOPOLDUS Divinâ Favente Clementia  
 Electus Romanorum Imperator semper Augustus ac  
 Germaniæ, Hungariæ Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ,  
 Sclavoniæ Rex, Archidux Austriæ,  
 &c. &c. &c.

**S**ignificamus Universis & Singulis quorum interest, quod  
 cum Legatos & Commissarios Nostros Plena Potestate ac  
 Mandatis Instructos deputaverimus, ut in Tractatibus Pacis  
 Perpetuæ Polono - Svecicis in Prussia institutis, tractarent, ite-  
 dem Nostro Nomine de Pace Perpetua cum Serenissimo Po-  
 tentissimoq; Principe ac Domino, Domino CAROLO, Sve-  
 corum, Gothorum, Vandalorumq; Rege, Magno Principe  
 Finlandiæ, &c. &c. &c, & Regno Sveciæ ineunda; Qui Con-  
 gressi cum Serenitatis Ejus & Regni Sveciæ Legatis & Com-  
 missariis sequentia Pacta, uti verbotenus infra hic sunt inserta  
 & expressa, Inierunt, statuerunt ac concluderunt.

*Insertio Pactorum.*

**N**os itaq; LEOPOLDUS, Electus Roma-  
 norum Imperator semper Augustus, Germaniæ, Hun-  
 gariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, & Sclavoniæ Rex, Ar-  
 chiDux Austriæ, &c. &c. &c, Promittimus & Recipimus No-  
 mine Nostro, Hæredum ac Successorum Nostrorum, Nos Sin-  
 gula & Univerfa Capita Pactis superscriptis Inserta & Compre-

hensa, Bona, Imperiali ac Regia Fide Approbare, Laudare, & Ratihabere, prout Hisce quoque Approbamus, Laudamus & Ratihabemus, Nec passuros à Nostratibus ullo modo violari.

Et quia in Articulo Gvarantiæ Exterorum Principum Partes Paciscentes Facultatem Sibi reservarunt, Alios Principes & Potestates ad Hanc Gvarantiam in Ipsa Ratihabitione Invitandi & Nominandi; Ideò Nos, probe scientes rebusq; Ipsis experti, Quantoperè Serenissimus & Potentissimus Princeps ac Dominus, Dnus. PHILIPPUS Quartus, Hispaniarum Rex Catholicus, Negotium, Pacis Hujus promovendæ, Cordi semper habuerit, Qvippe, Qui id studium Suum una cum Serenissimo & Potentissimo Principe ac Domino, Domino LUDOVICO Decimo Quarto, Franciæ Rege Christianissimo, non modo in Tractatu Pacisinter Ipsos ad Pyrenæos Concluso, per Articulum expressum Hoc super Puncto Eidem insertum affatim declarat: (Quæ etiam causa Nobis fuit, ut simul atqve de Hac Laudabili Utriusq; Regis Intentione Certiores facti fuimus, Amborum mox simultaneam Mediationem Acceptaverimus) Verum etiam per Camerarium & Oratorem Suum in Germania, Illustrem, syncerè Nobis Dilectum, Casparum de Teves & Guzman, Marchionem de la Fuente, Aliosq; Ministros Suos postea, tam in Aula Nostra, quam in Ipso Tractatum Loco, cum Ejusdem Regis Christianissimi Ministris & Legato Uberius explicarit & in Effectum deduxerit. Porro autem Idem Catholicus Rex ad Requisitionem à Nobis Factam, Se ad Pacis jam Conclusæ Conservationem, Manutentionem, & Gvarantiam, non minus prompte obtulerit, quam ante ad Ejus conciliandæ Promotionem cupidè impendit, prout de Eo per Dictum Oratorem Suum Pleno ad id Mandato Instructum significari fecit, Nosq; tam Benevolam Ejusdem Oblationem amicè Acceptaverimus; Idcirco de Hâc etiam Acceptatione  
Nostra

Nostra Hisce testatum facere ac sapedictum Catholicum Regem Pacis Hujus Gvarantiæ Socium Nominare volumus. Cum item Vigore Dictæ Pacis Omnibus Pacifcentibus Integrum sit sapedicti Christianissimi Regis Gvarantiam Accipere, Eandem Gvarantiam, Nos quoque acceptamus & hisce acceptasse declaramus.

In Quorum Majorem Fidem ac Certitudinem, Hasce Manu Nostra subscripsimus & Sigillo Nostro Imperiali communiri jussumus. Quæ Dabuntur in Civitate Nostra Græcij Die Duodecima Mensis Julij, Anno Domini Millesimo, Sexcentesimo, Sexagesimo, Regnorum Nostrorum Romani secundo, Hungarici sexto, Bohemici vero quarto.

LEOPOLDUS.

(L. S.)  
(appensi)

Ulr. Wilhelmus à Walderdorff  
V. C. mpria.

*Ad mandatum Sac. Caf. Majestatis  
proprium.*

J. Walderode.

Pleni-

*Plenipotencia Sac. Cæsareæ Majest. prior.*

**L**EOPOLDUS Divinâ Favente Clementiâ  
Electus Romanorum Imperator semper Augu-  
stus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ Rex, Ar-  
chidux Austriæ, &c. &c. &c. Significamus Uni-  
versis, & Singulis quorum interest, & qui Nostras ha-  
sce Literas visuri, vel audituri sunt, quod cum Tracta-  
tus Pacis inter Sereniss. & Potentissimum Principē  
Domium JOANNEM CASIMIRUM Regem Poloniæ,  
Magnum Ducem Lithuanix, &c. &c. &c. nec non  
Regnum Poloniæ, & Magn. Ducatum Lithuanix,  
ac Nos, Aliosque Ejusdem Confœderatos ab unâ:  
Et Sereniss. & Potentissimū Principem Dominum  
CAROLUM GUSTAVUM, Svecorum, Gothorum,  
Vandalorumq; Regem, Magnum Principem Fin-  
landiæ, &c. &c. &c. Et Regnum Sveciæ, Ejusque  
Confœderatos ab alterâ Partibus, restaurandæ in-  
stituendi sint: Nos benignè confisi de fide, rerum  
Ufu, & prudentiâ Illustriss. & Magnifici, ac Nobi-  
lis, nec non Honorabilis Nostrorum, & Sacri Impe-  
rij Fidelium Dilectorum Francisci Caroli Comitis à  
Kolowrath in Reichenau, Nostris Consiliarij, Came-  
rarij, & Appellationum in Arce Pragensi Præsidis,  
Joannis Francisci à Baruitz, Liberi Baronis à Ferne-  
mont, Nostris Consiliarij Bellici, Armamentarij Præ-  
fecti;

fecti, Colonelli & Majoris Glogaviæ Capitanei, & Francisci de Lysola, Consiliarij Nostri Cameralis Aulici, eosdem ad dictos Tractatus Legatos Nostros deputaverimus, eisq; Mandatum, & Plenipotentiam dederimus, ut simul omnes, vel casu quo aliquem, vel aliquos ex iisdem abesse, vel morbo, aliavè de causa impediri contingeret, unus vel duo, cum Dictorum Regum, & Regnorū Plenipotentiaris conveniant, ac de ijs rebus, quæ ad honestam, firmam, & stabilem Pacem, atq; amicitiam reducendam, atq; communem omnium securitatem stabiliendam spectant, tractent, statuant, & concludant, prout vigore hujus Plenipotentia, & Mandati Nostri, dictis Legatis nostris conjunctim, vel divisim omnimodam ad dicta omnia damus facultatem: Promittentes bonâ fide, & in Verbo Imperatorio, Nos ea omnia quæ Nostro Nomine, à dictis Plenipotentiaris Nostris gesta, conclusaq; fuerint, rata, & grata habituros. In cujus rei fidem præsens Mandatum Nostrium, Sigillo Nostro Imperatorio muniri jusimus. Datum in Arce Nostrâ Regiâ Posonij, die octava Mensis Novembris, Anno Domini millesimo sexcentesimo quinquagesimo nono, Regnorum Nostrorum Romani secundo, Hungarici quinto, Bohemici verò quarto.

LEOPOLDUS.

(L. S.)

Georg. Ulricus Comes  
à Wolckenstein

*Ad mandatum Sac. Caf. Majest.  
proprium.*

J. Walderode.

I

Pleni-

*Plenipotencia Cæsarea posterior.*

**L**EOPOLDUS Divinâ Favente Clementiâ  
Electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac  
German. Hungariæ, Bohem. Rex, Archid. Austriæ &c. &c. &c.  
Significamus Universis, & Singulis quorum interest, & qui hasce  
Nostras Literas visuri, vel audituri sunt. Quod cum Tractatus  
Pacis inter Sereniss. & Potentiss. Principem Dominum JOAN-  
NEM CASIMIRUM Regem Poloniæ, Magnum Ducem Lithua-  
niæ, &c. &c. &c. nec non Regnum Poloniæ, & Magn. Ducat.  
Lithvaniæ, ac Nos, Aliosq; Ejusdem Confœderatos à una, &  
quondam Sereniss. & Potentiss. Principem Dominum CARO-  
LUM GUSTAVUM, Svecorum, Gothorum, Vandalorumq; Re-  
gem, Magnum Principem Finlandiæ, &c. &c. &c. Et Regnum  
Sveciæ, Ejusq; Confœderatos à Altera Partibus restaurandæ,  
nuper inchoati, & nunc post ejusdem ex hac vita decessum,  
inter Serenissimum & Potentissimum Principem, Dominum  
CAROLUM, modernum Svecorum, Gothorum, Vandalor-  
umq; Regem, Magnum Principem Finlandiæ, &c. &c. &c.  
& Regnum Sveciæ sive Ejusdem Tutores, & Regentes ex hac  
Parte continuandi sint, Nos benignè confisi de Fide, rerum  
usu, & prudentia Illustris & Magnifici, nec non Nobi-  
lium, Nostrorum & Sacri Imperij fidelium dilectorum, Fran-  
cisci Caroli Comitis à Kollowrath in Reichenau, Nostrî Con-  
siliarij, Camerarij, & Appelationum in Arce Pragensi Præsidis.  
Joannis Francisci à Barwitz, Liberi Baronis de Fernemont, No-  
strî Consiliarij Bellici, Armamentarij præfecti, Colonelli, &  
Majoris Glogoviæ Capitanei Provincialis, & Francisci Liberi  
Baronis de Lysola, Consiliarij Nostrî Cameralis Aulici, Eisdem  
ad dictos Tractatus Legatos Nostris deputaverimus, eisq; man-  
datum, & Plenipotenciam dederimus, ut simul omnes, vel casu,  
quo aliquem, vel aliquos ex iisdem abesse, vel morbo aliâve  
de causâ

de causâ impediri contingeret, unus vel duo, cum dictorum Regis, & Regni Poloniae, Magniq; Ducatus Lithuaniae, tum Regis quoq;, & Regni Sveciae, sive Ejusdem Tutorum, & Regentum Plenipotentiarijs conveniant, ac de ijs rebus, quæ ad honestam, firmam, & stabilem Pacem, atqve amicitiam reducendam, atqve Communem omnium Securitatem stabiliendam spectant, tractent, statuunt, & concludant, prout vigore hujus Plenipotentiæ, & mandati Nostri, dictis Legatis Nostri conjunctim, vel divisim omnimodam ad dicta omnia damus facultatem, Promittentes bonâ fide, & in verbo Imperatorio, Nos ea omnia, quæ Nostro Nomine à dictis Plenipotentiarijs Nostri gesta, conclusaqve fuerint, rata, & grata habituros. In cujus rei fidem præsens Mandatum Nostrium Sigillo nostro Imperatorio muniri jussimus. Datum in Civitate Nostra Viennæ die quinta Mensis Aprilis Anno Domini millesimo sexcentesimo sexagesimo, Regnorum Nostrorum Romani secundo, Hungarici quinto, Bohemici verò quarto.

LEOPOLDUS.

(L. S.)

Georg. Ulricus Comes  
à Wolckenstein.

*Ad mandatum Sac. Cæs. Majestatis  
proprium.*

J. Walderode.

FORMVLA  
RATIFICATIONIS PACTORVM  
REGIS & REGNI SVECIÆ.

**N**OS CAROLUS Dei Gratiã, Svecorum,  
Gothorum, Vandalorumq; Rex & Princeps  
Hæreditarius, Magnus Princeps Finlandiæ, Dux  
Scaniæ, Esthoniæ, Livoniæ, Careliæ, Bremæ, Ver-  
dæ, Stetini, Pomeraniæ, Cassubiæ & Vandaliaë,  
Princeps Rugiæ, Dominus Ingridiæ & Wisnariæ;  
Nec non Comes Palatinus Rheni, Baviariæ &c. Dux;  
Notum testatumq; facimus Universis & Singulis,  
quorum interest; Quod cum Legatos & Commis-  
sarios Nostros, plena Potestate ac Mandatis instru-  
ctos, deputaverimus, ut in Tractatibus Pacis Perpe-  
tuæ, inter Nos & Regnum Sveciæ ac Serenissimum  
& Potentissimum Regem & Rempub. Poloniæ,  
atqve Eorundem Fœderatos & Belli Socios, in Prus-  
sia, interveniente Mediatione Regis Christianissimi,  
institutis, tractarent itidem Nostro Nomine de Pace  
Perpetua cum Serenissimo Principe ac Domino,  
Dno. FRIDERICO WILHELMO, Marchione  
brandeburgico, S. R. Imperij ArchiCamerario &  
Principe Electore, Magdeburgi, Prusiæ, Stetini,  
Pomeraniæ, Cassubiorum, Vandalorumq;, nec non  
in Silesia Crosniæ & Carnoviæ Duce, Burggravio  
Norin-

Norinbergense, Principe Halberstadij & Mindæ,  
Comite Marcæ & Ravensbergi, Domino in Raven-  
stein, Cognato Nostro Charissimo, ineunda. Qui  
congressi cum Suxæ Serenitatis Electoralis Legatis  
ac Commissarijs, sequentia Pacta, uti verbotenus in-  
fra hic sunt inserta & expressa, inierunt, statuerunt  
& concluderunt.

*Insertio Pactorum.*

**N**Os itaq; CAROLUS Eadem Gratia Sveco-  
rum, Gothorum, Vandalorumqve Rex & Princeps  
Hæreditarius, Magnus Princeps Finlandiæ, Dux Scaniæ, Estho-  
niæ, Livoniæ, Careliæ, Bremæ, Verdæ, Stetini, Pomeraniæ,  
Cassubiæ & Vandaliciæ, Princeps Rugiæ, Dominus Ingridiæ &  
Wismariæ, Nec non Comes Palatinus Rheni, Baviariæ &c.  
Dux; Promittimus & recipimus Nomine Nostro, Hære-  
dum, Successorum & Posterorum Nostrorum; Regniq; Sve-  
ciæ, Nos singula & universa Capita Pactis suprascriptis com-  
prehensa, Bona & Regia Fide approbare, laudare, & ratiha-  
bere, prout hisce quoqve, approbamus, laudamus & ratiha-  
bemus; nec passuros à Nostris ac Regni Sveciæ Vasallis, Offi-  
carijs & Subditis ullo modo violari. Et quia in Article  
Gvarantiæ Exterorum Principum, Partes Paciscentes, Facul-  
tatem sibi reservarunt, Alios Principes & Potestates ad Hanc  
Gvarantiam in ipsa Ratihabitione invitandi & nominandi;  
Ideo Nos, in Pactis altè memoratum Serenissimum & Potentis-  
simum Galliæ & Navarræ Regem Christianissimum invi-  
tatum, etiam nunc Hic repetimus, ut & Sacri Romani Im-  
perij Omnes in unum Electores, Principes & Status, Ami-

cos & Foederatos Nostros pariter invitamus & nominamus.  
 In Quorum Fidem ac Certitudinem, hasce Honoratissimæ  
 & Charissimæ Matris Nostræ & Regni Nostri Administrato-  
 rum Manibus subscriptas, Sigillo Regni Nostri corroboratas,  
 extradi iussimus. Dabantur Stockholmæ die 14. Junij An.  
 supra Millesimum Sexcentesium Sexagesimo.

HEDEWIG ELEONORA.

Petrus Brahe Comes  
 in Wisingsborg, R.  
 S. Drorzetus.

Magnus Gabriel de  
 la Gardie.

Canutus Possé, Dica-  
 sterij Gothici Præ-  
 ses.

Laurenus Kaag,  
 Campi Mare-  
 schallus.

Thuro Sparre, Dicast.  
 Iudicij Holmensis  
 Consiliarius.

Seved Bäär, Regni  
 Sveciæ Coll. Com-  
 mer. Præses.

Gustavus  
 Bielke.

Schering Rosenhan,  
 Consili. Cancell.  
 & Castellanus  
 Stockholmensis.

Carolus Mörner,  
 Præses Dicast.  
 Dorpatens.

Gustavus Bondt,  
 Reg. Camera  
 Consiliarius.

Gabriel Oxenstiern  
 Comes in Kors-  
 holm & VVasa,  
 R.S. Marschal.

ABoot Comes in Carle-  
 berg, R. S. Magnus  
 Stabuli Magist.

Axel Spar,  
 R.S. Vena-  
 tor.

Ericus Fleming, L. B.  
 in Lais, Reg. Svec.  
 Coll. Metall. Præf.

Gustavus Soop,  
 Regn. Camer.  
 Consiliarius.

Nicolaus Brahe, Comes de VVi-  
 singsborg, R.S. Senator.

Christer Horn.

Benedictus Horn, Guber-  
 nator Esthonia.

Iohan. The S. Banier, Gu-  
 bernator Uplandia

Gustavus Possé, Reg.  
 Cancell. Consil.

Georgius Fleming, Reg.  
 Camera Consil.

(Locus Sigilli Regij)  
 (appensi)

Edward Ehrenstein.

PRO.

PROCURATORIUM  
REGIS SVECIAE,  
nuperrimè defuncti,

**N**OS CAROLUS GUSTAVUS, Dei Gratia Svecorum, Gothorum, Vandalorumq; Rex, Magnus Princeps Fialendiaë, &c. &c. &c. Notum testatumq; facimus, universis & singulis, quorum interest, quod cum ad Tractatum instituendum de præsentis hoc bello eoqve diuturno & funesto convenienter sopiendo, deque facienda perpetua Pace inter Nos Regnumq; Nostrum Sveciæ & Nostros Foederatos ab unâ, & Serenissimum Principem Fratrem Consanguineum & Vicinum Nostrum, Dominum JOANNEM CASIMIRUM, Regem Poloniaë, Magnumq; Ducem Lithuaniaë, &c. &c. &c. nec non Regnum Poloniaë & Magnum Ducatum Lithuaniaë, Ejusq; Foederatos, imprimis Serenissimum & Potentissimum Principem Fratrem & Consanguineum Nostrum, Dominum LEOPOLDUM Electum Romanorum Imperatorem semper Augustum, Germaniaë, Hungariaë, Bohemiaë, Dalmatiaë, Croatiaë, & Sclavoniaë Regem, Archiducem Austriaë, Ducem Burgundiaë, Styriaë, Carinthiaë, Carniolaë & Würtembergæ, Comitum Tyrolis; nec non Serenissimum & Celsissimum Principem Consanguineum & Vicinum Nostrum, Dominum FRIDERICUM WILHELMUM, Marchionem Brandeburgensem, Sac. Rom. Imperij Archicamerarium & Principem Electorem, Magdeburgi, Prussiaë, Stetini, Pomeraniaë, Cassubiorum, Vandalorumqve; Nec non in Silesiâ, Crosnaë & Carnoviaë Ducem, Burggravium Norinbergensem, Principem Halberstadij & Mindaë &c. ab altera parte, modus & via iniri cæperit. Atq; Sua Serenitatis, ut & altè memoratorum Ejusdem  
Con-

Confœderatorum Nomine declaratum & contestatum sit, nihil quod ad ejusmodi Tractatum inchoandum, instituendum & plenè perficiendum meritò requiri poterit, à parte Ejusdem Sux Serenitatis & Reipublicæ Poloniæ, Magniqve Ducatus Lithuanix, ut & Superius altè memoratorum Confœderatorum desideratum iri, ideo testaturi constans nostrum propositum & animi propensionem ad promovendum dictæ Pacis negotium, non modo in præfatum Tractatum consensimus, sed illico etiam deputavimus & constituimus, sicut etiam vigore præsentium deputamus & constituimus, veros & legitimos Nostros ad supra dictum Tractatum Commissarios, Illustres, Magnificos & Generosos, Nobis sincere fideles & dilectos, Dominum Magnum Gabrielem de la Gardie, Comitè in Lecköö & Arensburg, Lib. Baronem in Eckholmen, Dominum in Habsal, Magnushoff, Hoyendorp, Nostrum Regniq; Nostri Thesaurarium, Generalem Gubernatorem Livoniæ, & Locum tenentem Nostrum per Esthoniã, Livoniam & Ingriam, Militiæ Generalem, Judicem Provincialem, Westrogothiæ & Daliæ, nec non Academiæ Upsalensis Cancellarium, & Dominum Benedictum Oxenstierna, Comitè in Korsholm & Wasa, Lib. Baronem in Moreby & Lindholmen, Dominum in Coporium & Rosersberg, Cancellariæ Consiliarium; Et Dominum Christophorum Carolum Schlippenbach, Comitè in Schoveda, Lib. Baronem in Liufala, Dominum in Salinge, Consilij Bellici Præsidentem; Omnes verò Nostros Regniq; Nostri Senatores: Nec non Dominum Andream Guldenclau, Nostri per Pomeraniã Regiminis ac Consilij Status, ut & Supremæ Curiæ Justitiæ Præsidentem, Hereditarium in Skonela, Ekeby, Hylinge, & Huldertadt, dictisq; Nostris Commissarijs plenam Potestatem damus, ut congressi cum altè memoratæ Sux Serenitatis & Regni

gni Poloniæ, Magniq; Ducatus Lithuanix, ut & sæpius Altèmemoratorum Confœderatorum ad talem actum cum plena Potestate deputatis & constitutis Dominis Commissarijs, Nomine & Autoritate Nostri Regiâ, non modo de præliminaribus & ijs, quæ ad viam Tractatui Principali inchoando complandam facere deprehenduntur, statuunt & concludant, sed etiam principale Pacis stabilix negotium, omniaq; & singula, quæ quocunqve modo ad subortas hinc inde controversias componendas & finaliter terminandas, ut & ad mutua utriusqve partis commoda provehenda, pertinere videbuntur, omni meliori modo, via & ratione agant, tractent, statuunt & concludant, conclusa Instrumento inserant, inserta verò & transacta firment & perficiant, atqve ad eò Pactorum conventorum Instrumenta invicem commutent; Promittimus itaq; verbo Nostro Regio, ac vigore hujus Procuratorij, Nos ea quæ supra nominati Nostri Plenipotentiarij Commissarij, sive omnes simul, sive in unius vel alterius absentia bini eorum in suprascripto Pacis negotio tam præliminari quam Principali cum suprascriptis Sux Serenitatis & Reipublicæ Poloniæ, Magniq; Ducatus Lithuanix ut & sæpius memoratorum Eorum Confœderatorum Dominis Commissarijs egerint, tractaverint, sanciverint, & concluderint, omni meliori modo firma, rata grataq; habituros. In quorum fidem majorem præsentis manu nostra subscriptas, Sigillo quoque Nostro majori communiri jussumus. Dabantur Nicopiæ in Insula Falster, die 17. Octobris, Anno supra millesimum, sexcentissimum, quinquagesimo nono.

CAROLUS GUSTAVUS.

(L. S.)

(appensi)

K

Procu-

*Procuratorium Moderni Regis & Regni Sveciæ  
pro Commissarijs Svecicis.*

**N**OS CAROLUS, Dei Gratiâ, Svecorum,  
Gothorum, Vandalorumq; Rex & Princeps Hæredi-  
tarius, Magnus Princeps Finlandiæ &c. &c. &c. Notum testa-  
tumq; facimus Universis & Singulis, quorum interest. Quod  
cum ad Tractatum instituendum de præfenti hoc bello eoqve  
diuturno & funesto convenienter sopiendo, atq; facienda per-  
petua Pace inter Nos Regnumq; nostrum Sveciæ, & Nostros  
Fœderatos ab una, & Serenissimum Principem Fratrem, Con-  
sanguineum & Vicinum Nostrum, Dominum JOANNEM CA-  
SIMIRUM Regem Poloniæ, Magnum Ducem Lithuanix &c.  
&c. &c. nec non Regnum Poloniæ, & Magnum Ducatum  
Lithuanix, Ejusq; Fœderatos imprimis Serenissimum & Po-  
tentissimum Principem, Fratrem & Consanguineum nostrum,  
Dominum LEOPOLDUM, Electum Romanorum Imperatorem  
semper Augustum, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ,  
Croatix, & Sclavoniæ Regem, Archiducem Austriæ, Ducem  
Burgundiæ, Brabantix, Styriæ, Carinthiæ, & Carniolæ Mar-  
chionem Moraviæ, Ducem Luxemburgiæ, ac Superioris & In-  
ferioris Silesiæ, Würtembergæ & Tekæ, Principem Sveciæ,  
Comitem Habsburgi, Tyrolis, Ferreti, Kyburgi & Goritiæ,  
Landgravium Alsatiæ, Marchionem Sac. Rom. Imperij, Bur-  
goviæ, ac superioris & inferioris Lusatiæ Dominum, Marchiæ  
Slavonicæ, Portus Naonis & Salinarum. Nec non Serenissi-  
mum & Celsissimum Principem, Consanguineum & Vicinum  
nostrum, Dominum FRIDERICUM WILHELMUM, Marchionem  
Brandenburgensem, Sac. Rom. Imperij Archicamerarium &  
Principem Electorem, Magdeburgi, Prussiæ, Stetini Pomera-  
niæ, Cassubiorum, Vandalorum, nec non in Silesia Crofniæ &  
Carnoviæ Ducem, Burggravium Norinburgensem, Principem  
Halber-

Halberstadij & Mindæ, &c. ab aliera Parte, modus & via iniri  
coeperit. Atq; Sux Serenitatis ut & Altè memoratum Ejusdem  
Confoederatorum Nomine declaratum & constitutum sit, ni-  
hil qvòd ad Ejusmodi tractatum inchoandum, instituendum &  
plenè perficiendum meritò requiri poterit, à parte Ejusdem Sux  
Serenitatis & Reipublice Polonię, Magniq; Ducatus Lithuanie,  
ut & superiùs Altè memoratorum Confoederatorum desidera-  
tum iri: Ideò testaturi constans Nostrom propositum & animi  
propensionem ad promovendum dicte Pacis negotium, non  
modo in præfatum Tractatum consensimus, sed illicò etiam de-  
putavimus & constituimus. Sicut etiam vigore præsentium de-  
putamus & constituimus veros et legitimos nostros ad supradi-  
ctum Tractatum Commissarios, Illustres, Magnificos et Gene-  
rosos Nobis sincerè fideles ac dilectos, Dn. Magnum Gabriel  
de la Gardie, Comitem in Lecköö et Arensburg, Lib. Baronem  
in Eckholm, Dn. in Habfal, Magnushoff et Hoyendorp, No-  
strum Regniq; Nostri Thesaurarium, General. Gubernatorem  
Livonię, et Locum tenentem Nostrom per Esthoniã, Livo-  
niam et Ingriã, Militie Generalem, Judicem Provincialem  
Westergothię et Dalię, nec non Academia Upsaliensis Can-  
cellarium; Et Dnum. Benedictum Oxenstierna Comitem in  
Korsholm et Wasa, Lib. Baron. in Moreby et Lindholmen,  
Dnum. in Koporium et Rosersberg, Cancellarię Consiliariũ.  
Et Dnum. Christophorum Carolum Schlippenbach Comitem  
in Schöveda, Lib. Baron. in Liufala, Dnm. in Salinge, Consilij  
Bellici Præsidentem, omnes verò Nostros Regniq; Nostri Sena-  
tores, nec non Dominum Andream Guldenclau, Nostri per  
Pomeraniã Regiminis ac Consilij Status ut & Supremæ Cu-  
rię Justitię Præsidentem, Hæreditarium in Skonela, Eckeby, Hy-  
linge & Hulderstadt, dictisq; Nostris Commissarijs plenam Po-  
testatem damus ut congressi cum Altè memoratæ Sux Sereni-  
tatis & Regni Polonię Magniq; Ducatus Lithuanie, ut & sæ-

pius Altemmorum Confœderatorum ad talem Actum cum plenâ Potestate deputatis & constitutis Dominis Commissariis, Nomine & Autoritate Nostra Regia, non modo de præliminari- bus & ijs quæ ad viam Tractatui principali inchoando complan- dam facere deprehenduntur, statuunt, & concludant, sed etiam principale Pacis stabilien- dæ negotium, omniaque & singula, quæ quocunq; modo ad subortas hinc inde controversias componendas & finaliter terminandas, ut & ad mutua utriusq; partis commoda provehenda pertinere videbuntur, omni meliori modo, via & ra- tione agant, tractent, statuunt & concludant, conclusa Instrumento inferant, inserta verò & transacta firment & perficiant. Atq; adeò pactorum conventorum Instrumenta invicem commutent. Pro- mittimus itaque verbo Nostro Regio ac vigore hujus Procuratorij, Nos ea quæ supra nominati Nostri Plenipotentiarij Commissarij sive omnes simul, sive in unius vel alterius absentia bini Eorum in supradicto Pacis negotio, tam præliminari quam Principali cum supradictis Sux Serenitatis & Reipubl. Poloniae Magniq; Ducatus Lithuaniae, ut & memoratorum Eorum Confœderatorum Do- minis Commissariis, egerint, tractaverint, sanciverint, & conclu- serint, omni meliori modo firma, rata, grataq; habituros. In quo- rum fidem ac certitudinem majorem, præsentibus manu Honoratis- simæ & Charissimæ Matris Nostræ, nec non Nostrorum Regniq; nostri Senatorum subscriptas Regni nostri Sigillo firmari iussimus. Dedimus Gorhoburgi die quarta Martij Anno Millesimo Sexcen- tesimo Sexagesimo.

HEDEWIG ELEONORA.

Petrus Brahe Comes in VVisingborg. Sevedt Båadr. Axel Lillie.  
 Gustavus Bonde. Gabriel Oxenstiern, Carol. Mauritijs Le-  
 Comes in Korsholm & Wenhaupt, Comes  
 VVasa. de Rasburg & Fal-  
 ekenstein.  
 VVilhelm Taube. Per Lenerson Ribbing Erick Fleming.  
 Christiv Horn. Canutus Kureh. Gustavus Possé. Georgius Fleming.

(L. S.)

Edvardus Ehbrenstein.

(L. S.) Godofredus von Schröder / Regia  
 Legat. Sved. Secret.

**Q**Via circa Actum Commutationis Ratificationis Pacis Olivæ conclusæ quædam difficultas super Verbis in fine Instrumenti Ratificationis Sacræ Regiæ Majestatis Regniq; Sveciæ, (ut & S. Rom. Imperij omnes in Univerſum Electores Principes & Status, Amicos & Fœderatos Nostros pariter invitamus & nominamus,) orta fuit, Ejus expediendæ causa, & ne opus exequendum Pacis remorandi occasio exinde enasci possit, Illustrissimus & Excellentissimus Dominus Legatus Svecicus ad requisitionem Partium, quam fieri potest sollemnissimè, potestate Plenipotentiarij declarat, Verba illa, (Amicos & Fœderatos,) non ad alios, quam ad ipsos illos immediatè ante hæc verba, Amicos & Fœderatos Nominatos, (omnes in Univerſum Electores Principes, & Status referri.) In quorum fidem hæcce Illustrissimus & Excellentissimus Dominus Legatus & Plenipotentarius Svecicus manu propriâ subscripsit. Gedani, die 18. Augusti, st. n. Anno 1660.

*Christophorus Carolus Schlippenbach.*

(L. S.)

K 3

PRO-

PROCURATORIUM  
REGIS CHRISTIANISSIMI

prius,  
*Domino de Lumbres & Domino de Terlon*  
*datum.*

**L**OVIS par la Grace de Dieu Roy de France  
& de Navarre.

**A**Tous ceux qui ces presentes Lettres verront Salut. Les Guerres dont la Pologne & les Estats Voisinez ont esté agitez depuis quelques années. Nous ayant donné beaucoup de deplaisir & les maux qu'elles ont causé ne pouvât estre agréables qu'aux ennemis du nom Chrestien, & a Ceux que l'ambition tient toujours plus attentifs aux desordres de leur voissinz pour s'en prevaloir & en profiter, que pour en arrester le cours. Nous avons estimé estre obligez dez le commencement de ces troublez, d'employer nos offices & de faire faire en nostre Nom des continuelles instances auprez des chefs des differens partis, pour prevenir par une amiàble composition de leurs differens, les funestes suites d'une si pernicieuse division. Et la sincerité de nostre zele pour leur bien & repos, a esté reconnuë d'eux, de telle sorte, qu'ils ont tous volontiers accepté nostre mediation pour leur accommodement. Cest pour quoy, les choses estant en tel estat, que par la bonte divine, il y a tout sujet, d'en esperer une bonne issuë, par un traité de paix, les parties estants convenues des lieux pour s'y assembler & y travailler desirant al'exemple du feu Roy nostre tres honoré Seigneur & Pere de glorieuse memoire que Dieu absolve, ne rien obmettre pour conduire un si sainct ouvrage a une heureuse fin, Nous avons estimé ne pouvoir employer des personnes qui puissent y servir plus utilement & dignement, que Nos amez & seaux Conseillers en nos conseils d'Etat & Privé les Srs. de Lumbres Nostre  
Ambas-

Ambassadeur en Pologne, & de Terlon Nostre Ambassadeur en Suede pour la Confiance que Nous avons en leur capacité, suffisance, experience, industrie, soing & diligence, qui Nous fait esperer tous bons succez d' une negociation de si grande consequence & qui nous est si a coeur en leur en confiant la conduite.

Sçavoir faisons que Nous pour ces causes & avec grandes considerations a ce nous mouvans de l' advis de la Reyne nostre tres honoree Dame & Mere, de Nostre tres Cher & trez amé frere unique Le Duc d' Anjou, de Plusieurs Princes, Ducs, Pairs, officiers de nostre couronne & avec grande & notables personnges de nostre conseil avons Commis, ordonné & depute & par ces presentes signés de nostre main commettons ordoñons & deputons les dites Sieurs de Lumbres & de Terlon nos Ambassadeurs avec plain pouvoir, Commandement, Autorité & mandement special, pour en nostre Nom traiter avec les Ambassadeurs, Plenipotentiaires & deputez de differents parties qui auront pouvoir valable & suffisant pour ce faire & moyenner le retablissement d' une bonne Paix & sincere amitié Entre Eux, leurs estats, sujets, amiés & alliez en signer tous articles & traitez en Nostre Nom & generalement faire tout ce qu' ils verront estre necessaire & a propos pour le bien & l' avancement de la Paix.

Promettant en foy & parole de Roy avoir pour agreable tenir ferme & stable tout ce qui aura esté par Eux signé, geré, negocié, traité, conclu, arresté & signé, & de le faire garder & observer inviolablement de nostre part sans y contravenir ny permettre qu' il y soit contrevenu en aucune maniere. Car tel est nostre plaisir. En tesmoin de quoy Nous avons fait mettre nostre seel a ces presentes. Donnée A Dijon le seziesme jour de Novembre l' an de Grace mille six cent cinquante huit & de Nostre Regne le seziesme.

LOVIS.

(L.S.)

Par le Roy  
de Lomenie, mpris.

PRO-

PROCURATORIUM  
REGIS CHRISTIANISSIMI

posterius,  
*pro Domino de Lumbres Inter Mediatoris  
vices fungente.*

**L**OVIS par la Grace de Dieu Roy de France  
& de Navarre.

A Tous Ceux qui ces presentes Lettres verront salut. La passion que Nous avons de voir en nos jours la Paix generale dans la Chrestienté & le desir que nous avons entre autres de la procurer a Nos tres Chers & tres ames Freres, Cousins & Alliez les Roys de Pologne & de Suede, Nous ayant porte a leur offrir nostre mediacion a cette fin dez le commencement des derniers troubles arrivez entre Eux & leurs Estats & qu' ils avoient accepté. Nous avons par nos lettres patentes du X<sup>me</sup>. jour de Novembre de l'anné dernière 1658. Commis & Ordonné nostre, amez & seaux conseillers en nostre conseil d' Estat & privé les Sieurs de Lumbres & Chevalier de Terlon nos Ambassadeurs Resident pres d'eux pour conjointement ou separement tout deux ensemble ou l' un deùx exercer la Mediation. Mais Comme Nous Sommes informez que la plus grande difficulté qui se presente consiste aux moyens

ens d'asseurer l'execution & l'observation des conditions de la Paix qui seroient accordees entre les deux parties & que Nostre Garantie servit a cet effect desiree par les dites Roys Nos tres Chers & tres Aimez Freres Cousins & Allies pour la seurte reciproque de leur traittez, Ce que Nous ne pouvons refuser a leurs desirs & a la juste passion que Nous avons pour leur reconciliation & pour le repos de leurs Estats. Nous Nous accommodons bien volontiers encor a leurs intentions en ce point pourveu que par actes de declaration signez chacun de leur main & scelez de leur grand sceau, Il Nous apparaisse de leur volonte. Nous pour cette cause & autres considerations a ce Nous mouvans avoir commis & ordonné, Commettons & Ordonnons par ces presentes signees de Nostre main les dites Sieurs de Lumbrés & Chevalier de Terlon pour conjointement ou separement aprez qu'il leur sera a eux deux, ou a l'un d'eux, en la maniere que dit est apparu de la recherche de Nos susdites tres Chers & tres Aimez Freres Cousins & Allies les Roys de Poulogne & de Suede, pour la dite Garantie le promettre en Nostre Nom, y engager Nostre foy, Nostre Couronne & Nos Estats & en passer tel acte qui sera juge a propos, mesme pour recevoir les Paroles, Actes, Lettres

L

&

& Declarations des deux ou de l'un a tels effects, places, villes, pays, ou droits, qu'ils aviseroyent entre eux, de Nous confier par forme de sequestre, de post, oppignoration, ou autrement soit pour l'avancement de leurs traittez de Paix, ou pour l'Assurance des Articles ou Conditions de seelle. Promettant en foy & parole du Roy d'avoir agreable, tenir ferme & stable, tout ce qui aura esté par eux traité, conclu, arresté & signé & de le faire garder & observer Inviolablement de Nostre Part sans y contrevénir ny permettre qui se y soit contrevénu en aucune maniere. Car tel est Nostre plaisir. En tesmoin dequoy Nous avons fait mettre nostre seel a ce dites presentes donne à Chantilly le XXVII. Jour de Juin l'an de Grace mille six cent cinquante neuf & de Nostre Regne le dix septieme.

LOVIS.

(L. S.)

Par le Roy  
Lominiè, impria.



LITERÆ ORATORIS REGIS HISPANIARUM  
*Ad Suam Serenitatem Electoralem Brandenburgicam*  
*ratione Guarantiæ Regis Catholici.*

IN risposta della Lettera di V. A. Elettorale de 7. di Maggio  
posso asficurar la, del ri conoscimento con che mi lasciano  
i su

i Suoi favori, e colla medema prontetza ch' in tutti gli interessi di V. A. trovará pronta e disposta la volontá del Ré mio Signore, come lo manifesta, havendosi agguftato subito ad' entrar nella Guarantia à che V. A. Elett. l' invitava, per quale m' há inviato la sua Plenipotenza, nella forma che V. A. Ele. riconoscerà per l' inclusa copia sotto la Lettera A, & per la di B, il modo con che S. Mta. Cesar. ha accettato la prontezza con che il Ré Mio Sigre. há risolto di contribuire co' suoi officij e colle sue forze tutto quello che piú possa assicurare un bene tanto universale; L' Originale della Plenipotenza hó inviato al Secretario Sebastiano de Luthiano, accio ch' usando di quella eseguisca tutto che V. A. Elettorale giudicara piu conveniente e lo che fara per il beneficio commune e la magg. sicurtrezza della Pace che tant' importa. Et qui rinuovando a V. Alt. Elettorale la mia servitú, le bacio con riverente affetto le mani. Graz li 13. di Luglio 1660.  
dal V. Alt. Elett.

Devot: & Affect: Servitore

M. de la Fuentefs.

*Al Serenissimo Prencipe e Signore il Signore*

FRIDERICO GUILIELMO, *Marchese di Brandenburg ArchiCamerariero & Elettore del Sac. Roman. Imper. Duca di Magdeburgo, Prussia, GJulia, Clivia, Monti, Stetino, Pomerania, Cassubia, Vandalia, in Silesia di Crosna & Iägerndorff, Burggravo di Norimberga, Prencipe di Halberstatt e Minda, Conte della Marcae Ravenspurgo, Sign. di Ravensstein. &c. &c. &c.*

PLENIPOTENTIA  
REGIS HISPANIARUM,

*Ad Guarendandam Pacem inter Partes Paciscentes  
oliva initam,*

**D**ON PHILIPE por la Gracia de Dios Rey de Castilla, de Leon, de Aragon, de las dos Sicilias, de Hierusalem, de Portugal, de Navarra, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorca, de Sevilla, de Cerdena, de Cordoua, de Corcega, de Murzia, de Jean, de los Algarves, de Algecira, de Gibraltar, de las Islas de Canaria, de las Indias Orientales y Occidentales, Islas y Tierra firme del Mar Oceano, Archiduque de Austria, Duque de Borgonâ, de Bravante & del Milan, Conde de Absburg, de Flandres, de Tirol y de Barcelona, Senór de Bizcaya y de Molina &c. Porquanto havien-  
doſſe ajustado y concludido la Paz entre Mi y el Rey Christianiſſimo Mi Sobrino y deſſeando que eſte beneficio allcazaffe tambien allas demas partes de Europa para gozar una commun tranquilidad particularmente e nel Imperio y demas partes del Norte donde tan turbada ſe halla, con la diviſſion de ſus Principes y Estados, ſe acordo y puſo por  
Capi-

Capitulo expresse en dicha Paz que Mis Ministros  
y los del Rey Christianissimo respectivamente de  
parte Nuestra trabassés de concierto y uniformes,  
procurando en Nuestro Nombre y por su interposi-  
cion un bueno y prompto acomodamiento como  
lo han procurado, y ay muchas esperanzas de l' éf-  
fecto dello, y pudiendo suzeder, que para mayor  
seguridad y firmeza de lo que se assentare comben-  
ga el ser Jo Cauzionario de su Execucion y Obser-  
vancia y admitir y ofrecer la dicha Caucion. Por  
tanto en Virtud dela pressente desseando come des-  
seo con el mismo animo y afecto que antes lo he  
procurado la firmeza de dicha Paz, He resuelto con-  
zeder come concedo todo mi poder cumplido qual  
de de recho se Requiere al Marques de la Fuente  
Gentilhombre de Mi Camera y Mi Embassador en  
Alemania, para que en Mi Real Nombre pueda  
admitir y proponer la dicha Cauzion y Garantia o  
fréciendo mantener la Execucion de los Pactos que  
se assentaren y la Observancia y perpetuidad de el-  
los Entre los Principes Interessiados en la mejor for-  
ma y modo que se putier y a un con las Armas,  
quando los medios amigables no hallaren lugar,  
y si alguno ô algunos de los que fueren compre-

en di doz de bajo de dicha Cauzion y Garantia la violare, Juntar mis armas y fuerzas con las de la parte ofendida, ca da vez que lo pidiere, lo qual segun Va referido, puedo admittir y ofrezcer dicho Marques de la Fuente como Yo Mifmo pudiera hacerlo preffente fiendo, para lo qual le doi la Mifma Potestad y Jurisdiccion que en Mi reside, obligandome como Me obligo en fee y palabra de Rey a estar y pasar porello aprovarlo y Ratificarlo con el Juramento y demas requisitos y solemnidades que en tal caso fueren neceffarias dentro del termino que para ello se fen'lare, fin diminucion ninguna. En fee de lo qual mandè despachar la preffentè firmada de My Mano, y sellada con el fello fecreto. Dada en Tolosa a Nueve de Junio de mil feiscientos y feleta Anôs.

Yo el Rey.

Don Ferdinando de Fonffeca Purz de Contreras.

( Locus Sigilli )  
( appenfi )

*Nomi-*

*Nominatio REGIS HISPANIARUM, pro Fidejussore  
Pacis Olivæ conclusæ,  
à Regis Polonia Plenipotentiariorum Legato circa extradi-  
tionem Ratificationum Dantiscæ  
factæ.*

**Q**uo major pateat Sacræ Regiæ Majestatis & Reipubl. Poloniæ Sollicitudo, in procuranda certitudine & perennitate Pacis, cum Regno Sveciæ nuper Olivæ initæ, vigore reservatæ sibi facultatis Article 36. in Ipsa Ratificatione alios Principes & Potestates ad Garantiam & Fidejussionem Pactorum invitandi & nominandi, id ipsum per me Legatum & Plenipotentiarium Suum exequitur, Speciali mihi eum in finem tradita facultate, ut nominarem Serenissimum ac Potentissimum Principem ac Dominum, Dominum PHILIPPUM IV. Hispaniarum Regem Catholicum. Cum verò ille jam pridem à Sacra Regia Majestate Poloniæ ad prædictam fidejussionem invitatus fuerit, ubi primum de acceptata constiterit, sinè mora id ipsum Partibus omnibus Paciscentibus communicari faciet. Ad majorem autem fidem hanc Declarationem manu mea subscripsi & Sigillo proprio munivi. Datum Gedani, die 16. Augusti Anno 1660.

ULADISLAUS REY, (L.S.)  
*Legatus Plenipotentiariorum.*

NOMINATIO  
REGIS MAGNÆ BRITANNIÆ,

Et

ORDINUM FŒDERATI BELGII,

pro Fidejussoribus Pacis

Olivenfis,

à Plenipotentiaro Legato Regis Poloniae circa Commuta-  
tionem Ratificationum facta.

**Q**uo major pateat Sacræ Regiæ Majestatis, & Reipubl. Polonæ sollicitudo, in procuranda certitudine & perennitate Pacis cum Regno Sveciæ, nuper Olivenitæ, vigore sibi reservatæ facultatis Art. 36, in ipsa Ratificatione alios Principes & Potestates, præter ipsum Christianissimum Regem ad Gwarantiam & Fidejussionem Pactorum invitandi & nominandi, id ipsum per me Legatum & Plenipotentiarium Suum exequitur, speciali mihi eum in finem tradita facultate, ut nominarem in primis Serenissimum ac Potentissimum Principem ac Dominum, Dominum CAROLUM II. Magnæ Britanniæ, Franciæ, & Hiberniæ Regem, Fidei Defensorem, tum etiam Celsos ac Potentes ORDINES FŒDERATI BELGII.

Cum verò illi jam pridem à Sacra Regia Majestate ad prædictam Fidejussionem invitati fuerint, ubi primum de acceptata constiterit, sine mora id ipsum Partibus omnibus Pacificentibus communicari faciet. Ad majorem autem Fidem hanc Declarationem Manus meæ subscripsi, & Sigillo proprio munivi. Datum Gedani, die 16. Augusti st. n. Anno millesimo sexcentesimo sexagesimo.

VLADISLAUS REY,

Legatus Plenipotentiarus. (L.S.)

Acce-

ACCEPTATIO  
REGIS POLONIÆ

*Guarantie*  
REGIS Hispaniarum.

**J**OANNES CASIMIRUS, Dei Gratiâ, Rex  
Poloniæ, Magnus Dux Lithuanix, Rusiæ,  
Prusfiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Livoniæ, Smolen-  
sciæ, Czernichoviæq; , nec non Svecorum, Go-  
thorum Vandalorumq; hæreditarius Rex, Ut, quo  
hactenus desiderio reducendæ postliminio Domi-  
niis Nostri Pacis & tranquillitatis cum Regno Sve-  
ciæ, affecti fuimus, Nos Ejusdem conservandæ  
(Postquam Deo clementer annuente hæc ipsa Pax  
conclusa, & Pactis desuper circumscripta est) per-  
quàm studiosos attestemur: Cum Nobis facultatem  
Articulo Trigesimo sexto, Exteros Principes ac Po-  
testates ad Gvarantiam & Fidejussionem dictorum  
Pactorum in ipsa Ratificatione invitandi ac deno-  
minandi reservaverimus: jam ipsâ experientiâ e-  
docti, quanto studio & cura tranquillitatis publicæ  
Serenissimus ac Potentissimus Princeps ac Domi-  
nus PHILIPPUS IV. Hispaniarum Rex Catholicus,  
simultaneam pro hac Pace promovenda Mediatio-  
nem, vigore expressi Articuli in Tractatu Pacis ad  
Pyrenæos concluso, cum Serenissimo & Potentissi-

M mo

mo Principe ac Domino LUDOVICO XIV. Galliarum Rege Christianissimo susceperit, & officia sua per Illustrissimum Dominum Casparum de Teves & Guzman, Marchionem de la Fuente, Camerarium & Oratorem Suum in Germania interposuerit, nihilq; partium suarum omiserit, ut hoc negotium ad optatum exitum perduceretur; Nec minorem etiam contestari cupiens conservandæ, quàm conciliandæ Pacis fervorem, ad requisitionem à Nobis factam Fidejussionem & Gvarantiam suam, per Eundem Illustrissimum Dn. Marchionem de la Fuente, pleno & sufficienti super hoc mandato instructum obtulerit: Hâc præcustoditâ uti volentes facultate, prænominatam Serenissimum & Potentissimum Principem ac Dominum *PHILIPPUM IV.* Hispaniarum Regem Catholicum, in Verum & Legitimum Fidejussorem & sequestrum Pacis conclusæ, & Pactis hisce comprehensæ, & in Socium Gvarantiæ sumimus, recipimus & acceptamus; Eisdemq; hisce Nos eam acceptare declaramus, quæ scriptura Manu Nostra signata ac Sigillo roborata, Eandem Viri ac Robur obtinebit, ac si ipsis Pactis præinserta fuisset. Datum Warsaviæ, die XIX. Mensis Julij, Anno Domini M. DC. LX. Regnorum Nostrorum Poloniae XII. & Sveciæ XIII. Anno.

JOANNES CASIMIRUS, Rex.

(Locus Sigilli Regij)

(appensi)

Stephanus Hankiewicz,  
Secretar. Reg. Majest.

SERE-

SERENISSIMI  
ELECTORIS BRANDEBURG:

*Acceptatio Guarantie*

REGIS HISPANIARUM.

**N**OS FRIDERICUS WILHELMUS,  
Dei Gratiâ Marchio Brandenburgensis, Sacri Ro-  
mani Imperij ArchiCamerarius & Princeps Elector, in Prussia  
Dux, &c. &c. &c. Notum testatumq; facimus, postquam  
Divini Numinis Beneficio, eo jam Pacis in Borussia negoti-  
um procescit, ut super eo instituta Tractatio feliciter ad finem  
perducta & Instrumenta inibi confecta, mutua omnium Par-  
tium ratihabitione & commutatione jam jam firmandæ sint.  
Nobis quam maximè curæ esse, ut, quæ ita non minus Nostri  
quam Fœderatorum Nostrorum & Partium Paciscentium Re-  
gnis & Provinciis per DEI Gratiâ contigit Pax atqve Tran-  
quillitas, eadem illis diu illibata atqve illæsa conservari & ad-  
feram usqve posteritatem propagari queat: Caterum cum  
certi simus, Reges Principesq;, quorum opera in procuranda  
hac Pace maximè illustris comparuit atqve spectata fuit, dein-  
ceps Paci studio id cum bono DEO effecturos, ut tum ex-  
optata, tot impendiis curisqve suis comparata Pacis commoda  
posteritate conserventur integra, atqve Serenissimus & Poten-  
tissimus Princeps ac Dominus, Dominus *PHILIPPVS* Quar-  
tus Hispaniarum Rex Catholicus vigore articuli, in Instrumen-  
to Pacis ad Pyrenæos, conclusi, simultaneam Pacis Mediatio-  
nem, una cum Serenissimo & Potentissimo Principe ac Do-  
mino, Domino *LVDOVICO* Decimo Quarto Galliarum  
Rege Christianissimo susceperit, suoq; Camerario & in Ger-  
mania Legato Illustrissimo & Excellentissimo Domino CA-

SPARO de TEVES & GUTZMAN commiserit, ut nihil intermitteret, quod ad prædictam Pacem conciliandam, promovendamq; facere possit. Atque Is nihil à se desiderari passus sit, quod suarum fuerit partium; Igitur & Altèmemoratum Regem Catholicum, pro fiducia quam præter multa alia singularis propensionis atque affectus erga Nos testimonia, illud Pacis Universalis procurandæ studium, excitavit, requisivimus, ut & pro observatione prædictæ Pacis fidejubere, eamq; armis suis, si opus foret tueri dignaretur. Quare cum ante memoratus Legatus Nomine Regis Catholici, ad ejusdem Plenissimum Mandatum declaraverit, Altèmemoratum Regem istam Fidejussionem & Guarantiam, quæ dicitur, in se recipere, atq; Ipsi non minus conservandæ Pacis officia cordi fore, quam quæ illi procurandæ impendit; Ideoque istam pro conservatione & Guarantia hujus Pacis factam Declarationem Regiam grato agnoscimus & acceptamus animo. Quemadmodum & Hisce Altèmemoratum Serenissimum & Potentissimum Principem ac Domjnium, Dominum PHILIPPVM Quartum Hispaniarum Regem Catholicum uti Verum & Legitimum Fidejussorem & Sequestrem Pacis Olivæ conclusæ recipimus & acceptamus.

Id quod Instrumento hoc Manu Nostra ac Sigillo roborato, quod eandem Vim cum Iphis Pacificationis Pactis obtinebit, manifestum reddere volumus. Dabantur in Arce Nostra Coloniae ad Spream, die 16. Augusti, Anno millesimo sexcentesimo & sexagesimo.

Fridericus Wilhelmus, Elector.

(Locus sigilli Elect.)

(appensi.)

FOR-

FORMULA  
REVERSALIUM  
DUCIS CHURLANDIÆ.

**J**ACOBUS Dei Gratiâ in Livonia, Curlan-  
diæ & Semigalliæ Dux, &c. Notum testatumq; faci-  
mus, quod postquam per conclusam inter Serenissimos &  
Potentissimos POLONIÆ & SVECIÆ Re-  
ges, & Regna, Pacem de Nostri Serenissimæqve CONJUGIS  
& DUCALIS DOMUS NOSTRÆ ELIBERATIONE, ut & in  
Curlandiæ & Semigalliæ Ducatum plenariâ restitutione con-  
ventum sit, Nos speciali hoc Reversalium Diplomate, ho-  
nore Principis & Verbo Veritatis Christianæ promittimus, sti-  
pulamur & cavemus, quoad fieri poterit validissimè: Nos  
ob captivitatem Nostri, aliasq; hætenus perpeffas adverfi-  
tates & damna, nulla ratione clam aut palam, directè vel in-  
directè, per Nos vel per Alios contra Sacri Reg. Majestatem,  
Regni nq; Sveciæ, Eiq; subjectas Ditiones & Subditos, aut  
illorum Bona ex nunc & in perpetuum aliquid vindicatu-  
ros vel aliquo modo offensuros esse, salvâ manente fidelitate &  
obligatione Regibus Regnoq; Poloniæ & Magn. Ducat. Li-  
thuanie debita; In cujus Rei Fidem majorem præsentis  
Manu Nostri subscripsimus, & Sigillo Nostro scientes robo-  
rari fecimus. Datum die      Mensis      Anno 1660.

*Ad Mandatum*

*Illustrissimorum atq; Excellentiss.*

DDnn. Legatorum Polonicorum

*subscripsit*

Joannes Zelecki Zielecinski, Leg.

*Secretar. & Cap. Bygösten.*

FORMULA  
REVERSALIUM  
DUCIS HOLSATIÆ.

**N**OS N. N. DEI Gratiâ, Hæres Norvegiæ,  
Dux Slesvici, Holsatiæ, Stormariæ & Ditmarsiæ,  
Comes in Oldenburg & Delmenhorst. &c. Notum testa-  
tumq; facimus, quod cum Pace, inter Serenissimum Regem  
Poloniæ, Ejusq; Fœderatos, utpote Sacram Cæsaream Maje-  
statem, & Serenissimum Electorem Brandenburgicum, ex una;  
Et Serenissimum Regem Sveciæ ex altera parte, inita de restitu-  
endis Uno, post commutatas Pactorum Ratificationes, Mense,  
Locis & Ditionibus ad Nos spectantibus cautum sit; Nos pro-  
inde Fide Ducali hisce promittere, ob bellum gestum in Pro-  
vincijs Nostrijs & inde perpeffa damna, nulla ratione clam aut  
palam, directè vel indirectè, via juris vel facti, per Nos vel per  
Alios, contra præactam Sac. Cæsar. Majestatem, Ejusq; Re-  
gna, Terras ac Provincias, & Serenissimum Regem, Remq; -  
publ. Poloniæ, tum quoq; Serenissimum Electorem Brande-  
burgicum, Ejusq; Terras & Provincias, nihil, unquam in- vel  
extra Imperium Romanū, Belli istius & Expeditionis prædictæ  
Causa moturos, aut aliquid à prænominatis Partibus Paciscen-  
tibus hoc nomine postulaturos. In quorum Fidem præsentem  
Manu Nostra subscriptas, Sigillo nostro Ducali roborari fe-  
cimus. Dabantur.

*Ad Mandatum*

*Illustrissimorum atq; Excellentissimorum*

**DNNNN. Legatorum Svecicorum**

*subscripsit*

**Gothofredus von Schröder /**

*Legationis Secretarius. mpria.*

*Nomi-*

*Nominatio & Invitatio*  
**CAROLI SECUNDI, Magnæ Britannæ &c.**  
**REGIS,**

*Ad Gvarantiam PACIS*

Nomine Serenissimi ELECTORIS Brandeburgici  
ab Eiusdem Legato Plenipotentiario, circa Commutationem Rati-  
ficationum facta, & reliquis Paciscentium Legatis Plenipo-  
tentiarijs tum quoque extradita.

**S**erenitas Electoralis Brandeburgica, Magde-  
burgi, in Prussia, Julix, Clivix, Montium  
&c. &c. &c. Dux. Probato nuper reducendæ  
Pacis Polono-Svecicæ, indefesso studio, Eiusdem  
quoque asserendæ jungere, testatamque reddere vo-  
lens sollicitudinem, mihi, Legato & Commissario  
Suo Plenipotentiario infrascripto, demandavit,  
ut Vigore reservatæ Omnibus Paciscentibus in Ar-  
ticulo XXXVI. Instrumenti Pactorum nominan-  
dorum ad Gvarantiam & Fidejussionem Regum,  
Principum & Statuum, Facultatis; præter in  
Ipsis Pactis, Suæque Serenitatis Electoralis Rati-  
ficatione Nominatos & per Literas ac Ablegatos  
Invitados, Bono Orbis Christiani, Avitis Regnis  
& Ditionibus restitutum, Serenissimum ac Potent-  
tissimum Principem ac Dominum, Dominum CA-  
ROLUM SECUNDUM, Magnæ Britannæ, Fran-  
cia

ciæ & Hybernæ Regem, Fidei Defensorem, à  
Sua Serenitate invitandum, nominarem. Prout  
ex speciali in eum finem mihi transmissio Mandato,  
Nomine Altememoratæ Sux Serenitatis Electora-  
lis, Suam Regiam Majestatem nomino, Idque,  
præsentibus manus meæ subscriptione & Sigillo  
Gentilitio, in Majorem Fidem, munitis, Omni-  
bus Paciscentibus notum facio. Dabantur Dan-  
tisci, die 15. Mensis Augusti, st. n. Anno Domini  
M. DC. LX.

JOANNES ab HOEVERBEEKE,

*Seren. Elect. Brand. Legatus Plenipotent.*

(L.S.)

FINIS.

RATI

RATIFICATIONUM  
INSTRUMENTI PACIS OLIVENSIS  
permutatarum,  
RECESSUS GENERALIS.

Anno millesimo sexcentesimo sexagesimo die decima sexta Augusti.

Cum Instrumentum Ratificationum Tractatus Olivensis, à Secretarijs Legationum omnium Partium pacifcentium simul congregatis examinaretur, in dictis Instrumentis, Errata manu Scribentium, hic illic omissa, ab iisdem Secretariis deprehensa atq; ea quidem quæ inter Regias Majestates Poloniæ & Sveciæ, tum Suam Serenitatem Electoralem, commutanda erant, præsentè Illustrissimo & Excellentiss. Domino Legato Mediatore, ac pleraq; Manu etiam ipsius emendata, Sacræ Cæsareæ Majestatis vero, & quæ cum ejusdem Legatione à cæteris Partibus omnibus commutanda erant, per Secretarios cujusque Legationis correcta, eorumque omnium Catalogus de consensu Partium hic subjectus & Regum quidem Reipublq; Poloniæ, prædicti Domini Mediatoris, cætera vero Secretariorum Cæsareæ & reliquarum Legationum Manu subscripta sunt, &

*In Instrumento quidem Polonico. Pro Rege Sveciæ.*

In Articulo I. Lineæ 2. in Titulo Regis Poloniæ omissum erat semel *Dominum*, & correctum est *Dn.*

*Art. V. §. I.* Rasura est in verbis *Marienhausem*. Item, fuisse per tempus *Induciarum Poloniæ possessionis*. Ibidem, fuit *Respublica*, & deleta est syllaba *bu*.

*Art. 6, lin. penult.* Rasura est in verbis *Regiam Majestatem, Regnumq; Sveciæ in futurum;*

*Art. XIV. §. I, lin. penult:* deletum est *De*.

*§. 2,* Rasura est in voce *Chamum*.

*Art. XXVI.* Rasura est in verbis *eodem tempore*.

*Art. XXXII. §. 2,* fuit *Electores*, correctum est *Electores*.

\* M

Pro

### Pro Imperatore.

In Præcio *Mozey* mutatum in *Moreby*.

In verbo *Hylinge* est *Rasura*.

Articulo II, §. 2, Et est *rasura*.

Ibidem §. 5, additum est *omnibus*.

Art. III. *Rasura* est in verbis *Regiones, Ditiones & Civitates*.

Art. IV, §. 3, correctum est *Et*.

Art. XXII. §. 1, *Rasura* est in verbis, sed *quicunq;*, ex sola causa.

Art. XXII. libere mutatum in *liberi*.

Art. XXVI. §. 2, additum est *sua*.

### Pro Electore Brandenburgico.

In Haringa post *Scepulienfis*, additum est *Chmielnicenfis*.

Art. II. §. 4, loco *servitis*, positum est *servitijs*.

Art. V. §. 1, post *Mariehausen*, additum est.

§. 4, loco *quisq;*, positum est *quisq;*.

Art. VII, additus est §. 1.

Art. XIII, loco *fit*, positum erit.

Art. XXII, additus §. 1.

Art. XXXV. §. 2, loco *quo*, positum *quæ*.

§. 3, loco *tum*, positum *tunc*.

§. 4, loco *extra*, positum *citra*.

Defidetae Plenipotentiæ Regiæ in absentia Amanuensis, qui hoc ipsum Instrumentum scripserat, cum consensu Partium, manu Dn. Daykewicy Notarij Cancellariæ Majoris Regni adscripta sunt.

### In Reipub: Poloniae, Pro Rege Sveciæ.

Art. I. In Titulo Regis Sveciæ *Rasura* est in verbis *Severissimum & Potentissimum Principem, ac Dominum, Dominum Carolum Svecorum*.

Art. II, §. 1, aut per se, aut per suos, est correctum.

Art. V, §. 3, in verbis *si quas* *rasura* est.

Art. XXIV, lin: 4, *Rasura* videtur in verbo *Posteror*.

Art. XXXV. *Rasuræ* videntur lin. 2, in verbo *Fæderata*, ut & in voce *Guarantia*.

Ibidem lin. 6, verba *firmissime spondentes*.

Item paulo post, vox *summum* videtur esse *rasura*.

Ibidem

Ibidem §, 4, Rafura est in vocibus *Causa actus*.

Art. XXXVI. Rafura esse videtur in verb: *Pactorum Fidejussorum*.

Ibid. correctura est in primâ syllabâ vocis *Guarantia*, ibidem rafura videtur in verbo.

Ibidem diversæ rafuræ & correcturæ sunt in toto periodo ultima, *Integrum quoq; erit Paciscentibus omnibus eandem Christianissimi Regis Guarantiam & Fidejussorem suscipere & alios quoq; in tempore Ratihabitionis ad idem officij genus inuitare, & denominare Principes ac Potestates.*

In ipsa Ratificatione rafuræ videntur in verbis

*Principes & Status à Sacra Regia Majestate ad præstandam Guarantiam invitatos.*

Art. XXXVII. Rafuræ videntur in verbis si *qui Regum, Principum, nec non Rerumpublicarum.*

In ipsa Ratificatione & quidem Clausula obligatoria positum fuit, *nec passuros à Nostris & Regni Polonia, Magniq; Ducatus Lithuania Vasallis, officialibus, ac subditis, ullo modo violari, correctum est manu Dn. Mediatoris, Nec passuros ab ullis, Regni Polonia, Magniq; Ducatus Lithuania Statibus Vasallis.*

In ipsa Ratificatione Rafura est in verbis *Cavemusq; & promittimus diplomata Ratificationis hujus Pacis.*

Art. VII, §, 3, *Eorumq;*, quod fuit, *Eorumq;*.

Art. VIII. Inserta est Particula, & post verba *Exercitibus*.

Art. IX. Inserta est Eadem Particula, & post verba *quæ ex Regno Polonæ*

Art. XXIV, §, III, lin: I, correctæ sunt verba, *ita, us.* lonæ

### *Pro Imperatore.*

In *Præmis Mozebi* commutarum est in *Morebi*,

Ibidem *Gylinge*, correctum est *Hylinge*.

Ibidem *Nominis*, correctum est, *Numinis*.

Ibidem *Corporeum*, correctum est, *Caporeum*.

Art. I. Ab utrinq; deletum est, *Ab*.

Art. II. §, *Et* deletum est.

Ibidem §, 2, additum est, *omnibus, cum autea omissum esset.*

Art: III, Additum est, *Castra*.

Ibidem additum est, *Et Utentur.*

Art: IV, §, IV, in verbo *agrè* Rasura est.

Art: VIII, additum est, *Et*.

Art: XV, §, 3, Additum est *Hoc*.

Art: XXII, §, I, additum est *de Fortuniâ*.

Art: XXIII, *libere* correctum est *liberi*.

Art: XXIV, Rasura est in verbis *Prussia &c, &c, &c.*

Ibidem §, 4, additum est *Is*.

Ibidem Rasura in verbo *Restituatur*.

Ibidem *Amnistia* correctum est *Pacificationis*.

Art: XXIV, additum est *ultimo*.

Ibidem *aut* correctum est *Et*.

Ibidem *perpetuum* correctum est *Aeternum*.

Art: XXVI, post verbum *Serenitatis* additum est *Electoralis*.

Ibidem correctura est in verbo *Slesvicensi*.

Art: xxxiii, *Cujuscunq;* correctum est *cujusq;*

Art: xxxiv, §, 4, additum est *& sigillatione*.

Art: xxxv, additum est *Et securior*.

Ibidem §, 4, Rasura est.

Art: xxxvi, additum est *In*.

#### *In Ratificationis formula*

post verbum *Comiij*s additum est *Generalibus*.

#### *Pro Electore*.

Art: II, §, I, *aut per se* correctum est *per suos*.

§, 4, fuerunt correctum fuerint.

§, 5, additum est *Omnibus*.

Art: III, post *Civitates* additum *Castra*.

Art: IV, §, I, ante *Arcibus* deletum est *Et*.

Art: V, §, I, post *Lutzen* additum *&c.*

§, 4, Loco *quodq;* positum *quicq;*

Art: IX, loco *Originalium obligationum* positum *Originalium obligationum productione*.

Art: xxii, §, I I, loco *Argumentis* positum *Fundamentis*.

Art: xxxiii, loco *libere* positum *liberi*.

Art: xxv, loco *in perpetuum* positum *in aeternum*.

Art: xxxi, loco *tractetur* positum *tractentur*.

Art: xxxv, §, IV, loco *Extra* positum *citra*.

Art: xxxvi, post verba *Rex Specia* insertum est *Ur*,

Item, loco *intra* positum *inter*.

In Ratificatione, loco *sub* positum *subdito*.

### Regis Sveciæ pro Rege Reg<sup>te</sup>publica Poloniæ.

In præfatione, post verba *ex Ordine vero Equestri*, additum est  
*Dominus*.

Art: II, §, 4, *fuerunt* mutatum est in *fuerint*.

Art: V, §, 1, *Deputatos* mutatum est in *Deputandos*.

Ibidem *Rasura* est in voce *Polonia*.

Ibidem §, 3, *Accolas* mutatum est in *Incolas*.

Ibidem §, 5, *Ac* mutatum est in *aut*.

Art: XIV, *sub finem* deletum est, *De*, ante, *Generalibus*.

Art: XVI, *Konigsmarchius* mutatum in *Konigsmarkius*,

Art: XXII, §, 3, *stabilitur* mutatum in *stabitur*,

Art: XXXII, Additum est *ac*, quod omissum fuerat,

ibidem vox *Negotiationis* correctæ est,

Art: XXXVI, Correctæ est vox *subscribatur*,

Art: XXXV, *Tractationem* mutatum in *Transacionem*,

ibidem §, 1, *Rasura* est totius lineæ & inde verbum,

*consensum* mutatum est in *consensu*,

ibidem §, 1, *Qvo* mutatum est in *Qva*,

In ipsa Ratificatione *Rasura Duorum Verborum*,

in Procuratorio secundo *Insti* pro *Institutum* correctum est,

in Procuratorio eodem addita sunt duo vocabula *convenienter*

*sopiendo*,

ibidem *Rasura* in verbis *Instrumenta invicem*,

### Pro Imperatore.

In Præmio in Titulo Dn: Comitis Colowrat, fuit *Richenowo*,

& correctum est *Reichenau*,

Art: IV, §, 1, post verba *Reges Regnum Sveciæ*, defuit *q̄* & est ad-

ibidem §, 4, fuit *aut*, & correctum *Haut*,

ditum,

Art: V, §, 2, in fine post verba nullo inde jure fuit *Ac*, & correctum

Art: XIV, §, 1, in Fine deletum est *DE*.

*Aut*,

Art: XVIII, fuit *jacent*, correctum *jaceant*,

Art: XXIII, fuit *liberati*, correctum *Libertati*,

Art: XXV, Bis defuit Particula *In* post verba *scisfis* & additum au-

tem utrobique;

\* M 3

Art: XXXII,

Art. XXXII, §, 11, In principio fuit, *tamen*, & correctum est *tam*,  
expuncto *en*.

Art. XXXIV, §, V, fuit *diploma*, & correctum est, *diplomata*.

Art. XXXV, §, 1, fuit *Ejudemq;*, correctum est *Ejudemq;*.

### *Pro Electore.*

Art. I, *Aligustum*, mutatum est in *Augustum*.

Art. II, §, 4, *adstricti fuerunt*, mutatum *fuerint*.

Art. V, §, 3, *Accolas*, mutatum, in *Incolas*.

§, V. *Ac* mutatum in *Aut*.

Art. VII, *Rasura* est in verbis *Elbinganis & Indilate*,

Art. XIV, §, 1, *De* deletum est ante Verbum *Generalibus*.

Art. XVIII, In *Prussia & Polonia Templis*, mutatum, in *Prussia & Polonia Templis*.

Art. XXII, §, 2, *Omissa* sunt sequentia verba in contextu, *nec non etiam qvo ad bona mobilia & apposita*, in margine per Amanuensem.

Art. XXVI, *Omissum* est in Contextu, *Electoralis*, & supra lineam insertum, per Amanuensem.

Art. XXXV, §, 4. *Artibus* mutatum in *Actibus*.

Articulo XXXVI, in verbo *Fidejussorum*, expuncta sunt duæ extremæ Literæ *u* & *m*.

In Clausula Ratificationis *Rasura* in verbis *Rex &*.

*In Ratificatione Articuli Declaratorij.*

In Articulo iplo *omissum* erat in Titulo *Electoralis*, verbum, *Brandeburgica*, & additum per *Illustrissimum Dominum Mediatorem*.

*In Instrumento Imperatoris.*

### *Pro Polonia.*

In præfatione *Mozebi* mutatum est in *Morebi*.

Ibidem *Dzenow* mutatum est in *Drenow*.

Ibidem *nominis* mutatum est in *Numinis*.

Art. 3, *Literis* mutatum est in *literis*.

Art. 4, §, 1, *Rasura* in voce *Vi*.

Ibidem *At* mutatum est in *Ac*.

Ibidem §, 3, *Accolas* mutatum est in *Incolas*.

Art. VII, §, 1, *Riq; publica* mutatum est in *Reiq; publica*.

art. VIII,

artic. VIII, *ys* mutatum est in *ysq.*

Ibidem *Commentationum* mutatum in *Commutationem*.

artic. XI, *Exorta* fuit pro *extorta*.

art. XIV, §. 1, Circa finem deleta est vocula *De* ante *Generalibus*.

Ibidem §. 2, *Provincys* mutatum in *Provincias*.

artic. XVII, in fine *pænes*, ut &, deletum est, *Et*.

artic. XVIII, *Officilium* mutatum est in *Officialium*.

artic. XXXV, §. 2, *qvo* mutatum est in *qva*.

### Pro *Svecia*.

In Præmio. in Titulo *Imperator, &c.* post verbum *Sclavio-*  
*niæ* expunctum *ex*

item post verbum *Carniola &c.* erasum, & in fine Tituli  
post verbum *Salinarum* additum est, *&c.*

ibidem *Mozebi* pro *Morebi* est correctum.

ibidem in Titulo *Dn. Pac. Ostricensis* pro *Ostrimensis* est correctum.

ibidem *Dzenom*, pro *Drenom*, est correctum.

artic. II, §. V, in verbo intentetur, ex *Rasura* & magnum spatium  
inter præfatum verbum & sequentis periodi Initium nihil  
tamen.

artic. V, §. 1, *Accolas* pro *Incolas* correctum deest est.

### Pro *Electore*.

In *Haringa* bis fuit *Nomini* pro *Numinis*.

Art. II, §. 3, fuit *Accolas* correctum, est *Incolas*.

artic. XIV: §. 1, ante verbum *Generalibus* Particula *de* deleta est,

artic: XXIV, §. 1, Titulus *Serenissimi Electoris Brandeburg:* ab-  
breviatus fuit, & adscriptus manu Secret: *Cæsarei*.

artic: XXXIV, Num. I. fuit post verbum *Legati Mediatoris* cor-  
rectum est *Mediatoris*.

Articulo XXXVI, defuit ante verbum *Majori* Particula *Pro* &  
addita est.

**C**eterum notandum est, quod in quibusdam, inter se pas-  
sim originalia differant, posito vocabulo, alio pro alio, ejus-  
dem significationis, interdum etiam transpositionibus occurren-  
tibus, & alibi nonnullis omis sis, alibi positis verbi gra. *Ac pro Et,*  
& pro

& pro qua, & vice versa saepe ponitur, Item Rati habitationes  
 pro Ratificationes. Item Respublica Polonia. Quod in Alijs po-  
 nitur Polonia, Regnum Svecia, in alijs Svecia. Prussia Dux,  
 in alijs in Prussia Dux, Princeps Hereditarius, in quibusdam  
 positum, in quibusdam omissum, Item Pars Livoniae Austra-  
 lis. In quibusdam additum est, Ea q̄ Australis, transactio Pa-  
 cis, in alijs Pacis transactio, Imperium Romanum, in qui-  
 busdam, Romanum Imperium, restituantur suis quis q̄ Domi-  
 nis, alibi restituantur suis qui q̄ Dominis, Item tum, tum, in  
 alijs, tam, quam, &c. Item occurrunt in Titulis Dominorum  
 Legatorum Errata, ut Herbingbicen, pro Herbingken, Schoue-  
 de, in alijs Schoueda, Kegelset, in alijs Kegels, & plura ejus-  
 modi alia. Item in Præmio Ratificationis in nonnullis origi-  
 nalibus. Quorum tenor est, Qui sequitur, in nonnullis, quo-  
 rum tenor est Talis, in nonnullis, inierunt, statuerunt, & con-  
 cluserunt, in procuratorij Reipublicæ apographis, ad Instru-  
 menti calcem, subjectis alibi extat. Nos Status & Ordines,  
 alibi Nos Senatus & Ordines, debuit scribi: Nos Senatores &  
 Ordines, Errorum scribentis interpretati sunt, & mansit,  
 Quæ cum idem notent, nec sensui detrahant, vel Conven-  
 oni contraria sint, eadem attendere atque correctioni subicere  
 minus, è re visum, sed potius propter evitandas tot maculas  
 perinde habitum fuit.

Quo autem Major hisce fides sit una cum præfato Domino Me-  
 diatore, Illustrissimus atque Excellentissimus Dominus Legatus  
 Regni Poloniæ manum suam, hic subscripsit, sigillumq; proprium  
 sciens apponi fecit. Actum Gedani Anno die ut supra.

(Locus Subscriptionis Legatorum, appressionisq;)   
 (eorundem Sigillorum.)

RATI-

RATIFICATIONES  
ARTICULI SEPA-  
RATI DECLARA-  
TORII,

*Ratione*

TRADITIONIS  
CIVITATIS ELBINGENSIS.

*Cum annexis.*

N *Ratifi-*

*Ratificatio Regis Poloniae Articuli separati ratione  
Traditionis ELBINGÆ.*

**N**OS JOANNES CASIMIRUS, Dei Gratiâ Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniae, Smolensciae, Czernichoviaeque, nec non Svecorum, Gothorum, Vandalorumque Hæreditarius Rex. Significamus omnibus & Singulis quorum interest, Quod cum Illustrissimi, Illustres, Magnifici & Generosi Nostri & Reipublicæ Commissarii ad Tractatus Pacis Perpetuæ, inter Nos Regnumque Nostrium Poloniae, & Magnum Ducatum Lithuaniae, Nostrosque, Fœderatos, & Belli Socios ab una; & Serenissimum Regem Regnumque Sveciæ Parte ab Altera, Olivæ institutos, Illustrissimis, Illustribus, Magnificis & Generosis, Serenissimi Electoris Brandenburgici Commissariis Articulum Separatum Declaratorium Articuli secundi, qui, de Amnestia & Redintegratione Jurium in Instrumento Pacis habetur, ut sequitur ediderint, isque à Partibus acceptatus sit.

Nos infra scripti S. R. Majest. Reipublicæque Poloniae ad Tractatus Polono-Svericos Legati Plenipotentiarij, Notum facimus quorum interest vel ullâ ratione interesse poterit Universis & Singulis. Quandoquidem Instrumento Pacis Principali hodie subscripto Articulus Amnestiæ, In quo tam communitatum quam singulorum Jura redintegrantur, forma Generali conceptus est, & nulla specialis acqvisitorum tam in Prussia Ducali quam extra eandem Serenissimo Electori Brandenburgico per Pacta cum Sacra Regia Majestate Reg. publica primum Velaviæ, demum Bydgosciæ, inita ac Constitutione Comituali approbata, Suae Serenitatis Electoralis Jurium, utpotè Independentiæ Ducatus Prussiae Condescensionisque, in Feudum Bytoviensis & Leoburgensis Districtuum in Palatinatu Pomeraniæ existentium, tum & Juris competentis in Civitatem Elbingen-

bingensem, nec non Praefecturam Draheimensem in eodem facta est mentio. Ne id in praedictum memoratorum Suae Serenitatis Electoralis Jurium trahi posset plures modi ratione Inclusionis praedictorum in praefato Articulo Amnestiae propositi fuere. Cum autem Partibus nequaquam satisfacere potuissent, tandem prudenti Illustrissimi & Excellentissimi Domini Christianissimi Regis Legati Mediatione ac indefesso studio, maturandae Pacis gratia convenit, ut peculiari Articulo qui tamen pro inserto Pacis Instrumento haberi Eiusdemque valoris esse debet, ea ipsa Jura Serenissimo Electori caveantur, quod & factum est à Legatione Svecica per sequentem Articulum tenoris ejusmodi.

LEGATIO SVECICA declarat Serenissimi REGIS REGNIQUE SVECIAE Nomine, Ea, quae in Instrumento Pacis Articulo Secundo de Redintegratione Jurium disponentur, non debere concernere Ditiones, Status, Civitates, Terras & Loca quae à Sua Serenitate Electorali possidentur, nec eo trahenda; Neque obstare eundem Articulum, quo minus Suae Serenitati Electorali Elbinga jure quod eidem Suae Serenitati Electorali competere potest tenenda tradatur, salvis de coetero Eiusdem Civitatis Privilegiis & Immunitatibus tam in Ecclesiasticis, quam Politicis, salvo itidem Jure retractus Conventionalis Serenissimo Regi & Reipublicae Poloniae quoad Elbingam. Qui quidem Articulus tanquam si in ipso Instrumento Pacis esset insertus, ibidemque cum aliis appositus, Eiusdem cum eo valoris (ut supra dictum est) esse haberi que debet.

Proinde & Nos infra scripti Legati Commissarii cum plena potestate Sacrae Regiae Majestatis & Statuum Reipublicae, eorundem Nomine mentem Nostram praesenti itidem Articulo, quem pro inserto & Eiusdem cum Instrumento Pacis valoris haberi volumus, declaramus palamque facimus, Articulum Amnestiae Generalis in Instrumento Pacis contentum,

nullatenus posse vel debere Juribus Suae Serenitatis Electoralis tam antiquis quam noviter acquisitis, & in specie Traditioni Elbingensis Civitatis juxta Pacta cum Suae Serenitate Electorali inita derogare & praëjudicare, imo eadem Pacta in omnibus eorundem Articulis, Punctis & Caulis, salva & integra conservari, & manuteneri; In cujus Rei Fidem praesentem Declarationem Manibus Nostris subscripsimus, Sigillisq; Nostris Gentilitiis roboravimus, die tertia Maji Anno Domini millesimo sexcentesimo sexagesimo, in Monasterio Olivenfi.

<i>Georgius Lubomirski,</i> <i>supremus Marschal-</i> <i>cus, Generalisq; Exer-</i> <i>cituum Regni.</i>	<i>Ioannes Comes de</i> <i>Lesno, Palatinus</i> <i>Posnania, Majoris</i> <i>Poloniae Generalis</i> <i>Mariaeburg. Kor-</i> <i>sunensis Capitän.</i>	<i>Nicolaus Prax-</i> <i>owski, Episcopus</i> <i>Luceoriensis</i> <i>&amp; Brestensis Re-</i> <i>gni Cancellarius</i> <i>supremus</i>	<i>Christophorus</i> <i>Pac, supremus</i> <i>Magn. Duc.</i> <i>Lithuanie</i> <i>Cancellarius.</i>
---	--	--	---

<i>Ioannes Andreas Moszyn,</i> <i>Referendarius Regni.</i>	<i>Uladislaus Rey,</i> <i>Thesaurarius</i> <i>Curia Regni.</i>	<i>Ioannes Guin'ki, Suc-</i> <i>cammerar. Pomeran Ca-</i> <i>pitaneus Gnesnensis.</i>
---	--	---

**N**Os itaq; JOANNES CASIMIRUS, Eadem Gratiâ Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, &c. &c. &c. Promittimus & recipimus Regio Nostro Successorum ac Posterorum Nostrorum & Reipublicae Poloniae Nomine, Nos praemissum Articulum omniaq; & singula, in eo comprehensa, capita approbare & rati habere, sicuti vigore quoque praesentium approbamus, & rati habemus, ita ut Eiusdem Autoritatis, cum Instrumento Principali esse debeat & haberi, nec passuros ut ab ullo Reipub. Statu, Vasallo, Of-  
ficiali

ficiali aut subdito, quovis modo violentur, caventusque  
Diplomata Ratificationis hujus Pacis, tam hoc Nostrum, quam  
Senatorum & Equestris Ordinis à Nobis & Republ. Poloniæ  
Lege Comitiali Delegatorum in proximis Comitijis Regni  
Generalibus Constitutionibus & Volumini Legum Reipu-  
blicæ insertum iri. In cujus rei fidem & certitudinem hæc  
Manu Nostrâ subscripsimus & Sigillo Regni communiri jus-  
simus. Dabantur Warsaviæ in Convocatione solenni, die  
XXVI. Mensis Junij, *An M. DC. LX.* Regnorum Nostro-  
rum Poloniæ & Sveciæ XIII.

JOANNES CASIMIRUS Rex.

(Locus Sigilli Regij)  
(appensi)

Stephanus Hankiewicz,  
*Secretar. Reg. Majest.*



**A**NNO millesimo sexcentesimo sexagesimo  
die decima sexta, Mensis Augusti, Præsens  
Hocce Instrumentum ab Illustrissimo atque Excel-  
lentissimo Domino Legato Mediatore in Actu  
Commutationum Ratificationum subscriptum, Il-  
lustrissimo atque Excellentissimo Domino Legato  
Plenipotentiario Electorali Brandenburgico reddi-  
tum est. Gedani, Anno & die ut supra.

*A. de Lumbres.*  
(L. S.)

N 3

RATI-

# RATIFICATIO

*Regni Poloniae, Magniq; Ducatus Lithuaniae, Lege Comi-  
tiali Delegatorum Commissariorum, Articuli Declara-  
torij ratione Traditionis CIVITATIS*

ELBINGENSIS.

**N**Os Senatores & Equestris Ordinis à Serenif-  
simo Rege & Republica Poloniae Lege Comitiali De-  
legati Commissarij constare volumus, quorum interest univer-  
sis & singulis. Quod cum Illustrissimis atq; Excellentissimis Do-  
mini Sacrae Regiae Majestatis Domini Nostri Clementissimi &  
Reipubl. Commissarij ad Tractatus Pacis perpetuae inter Sacrae  
Regiam Majestatem Dominum Nostrum Clementissimum,  
Regnumq; Poloniae, & Magnum Ducatum Lithuaniae, Eorun-  
demq; Foederatos & Belli Socios, ab unâ, & serenissimam  
Regiam Majestatem Regnumq; Sveciae parte ab alterâ, Olivae  
institutos, virtute Potestatis à Sacra Regia Majestate, tum & à  
Republica illis factae, Illustrissimis & Excellentissimis Dominis  
Serenissimi Electoris Brandenburgici Commissariis Articulum  
Separatum Declaratorium Articuli Secundi, qui de Amnestia  
& de Redintegratione Jurium in Instrumento Pacis habetur ut  
sequitur ediderint, Isq; à Partibus acceptatus sit.

**N**Os infra scripti Sacrae Regiae Majestatis Reipublicaeque  
Poloniae ad Tractatus Polono-Sveticos Legati Plenipo-  
tentiarij, notum facimus quorum interest, vel ullâ ratione in-  
teresse poterit universis & singulis.

Quandoquidem Instrumento Pacis Principali, hodie sub-  
scripto Articulus Amnestiae, in quo tam Communitatum quam  
singulorum Jura redintegrantur, formâ generali conceptus  
est, & nulla specialis acquisitorum tam in Prussia Ducali, quam  
extra eandem, Serenissimo Electori Brandenburgico per Pacta,  
cum

cum *Sacra Regia Majestate Reipublica* primum *Velavia*, demum *Bydgostia*, inita, ac constitutione comitali approbata, *Suæ Serenitatis Electoralis Jurium*, utpote *Independentiæ Ducatus Prussia*, condescensionisqve in *Feudum Bytoviensis, & Leoburgensis Districtuum*, in *Palatinatu Pomeraniæ* existentium, tum & *Juris competentis in Civitatem Elbingensem*, nec non *Praefecturam Draheimensem* in eodem facta est mentio; Ne id in præjudicium memoratorum *Suæ Serenitatis Electoralis Jurium* trahi posset, plures modi ratione *Inclusionis prædictorum* in præfato *Articulo Amnestiæ* propositi fuere. Cum autem *Partibus* nequaquam satisfacere potuissent; Tandem prudenti *Illustrissimi & Excellentissimi Domini, Christianissimi Regis Legati Mediatione*, ac indefesso studio, maturandæ *Pacis gratiâ*, convenit, ut peculiari *Articulo* quitam pro inserto *Pacis Instrumento* haberi, ejusdemq; *Valoris* esse debet, Ea ipsa *Jura Serenissimo Electori* caverentur, quod & factum est, à *Legatione Svecica*, per sequentem *Articulum* tenoris ejusmodi.

*Legatio Svecica* declarat *Serenissimi Regis Regniq; Sveciæ nomine*, Ea quæ in *Instrumento Pacis Articulo secundo* de *Redintegratione Jurium* disponuntur, non debere concernere *Ditiones, Status, Civitates, Terras & Loca*, quæ à *Sua Serenitate Electorali* possidentur, nec eo trahenda; Neqve ob stare eundem *Articulum*, quo minus *Suæ Serenitati Electorali Elbinga Jure*, quod eidem *Suæ Serenitati Electorali* competere potest tenenda tradatur, salvis de cœtero *Ejusdem Civitatis Privilegiis & Immunitatibus*, tam in *Ecclesiasticis* quam *Politicis* salvo itidem *Jure Retractus Conventionalis*, *Serenissimo Regi & Reipublicæ Polonæ* quoad *Elbingam*. Qui quidem *Articulus*, tanquam si in ipso *Instrumento Pacis* esset insertus, ibidemq; cum aliis appositus ejusdem cum eo *valoris* (ut supra dictum est) esse haberiq; debeat. Proinde & Nos infra scri-

pti Legati Commissarij cum plenâ potestate Sacræ Regiæ Ma-  
 jestatis & Statuum Reipublicæ, eorundem Nomine, mentem  
 Nostram præsentem itidem Articulo, quem pro inserto, & ejus-  
 dem cum Instrumento Pacis, valoris haberi volumus, declara-  
 mus, palamq; facimus Articulum Amnestiæ generalis, in In-  
 strumento Pacis contentum nullatenus posse vel debere Juribus  
 Sux Serenitatis Electoralis tam antiquis quam noviter acquisi-  
 tis, & in specie traditioni Elbingensis Civitatis juxta Pacta cum  
 Sua Serenitate Electorali inita, derogare & præjudicare, imò  
 eadem Pacta in omnibus eorum Articulis, Punctis & Clausulis  
 salva & integra conservari & manuteneri. In cujus rei fidem  
 præsentem Declarationem manibus Nostris subscripsimus, Si-  
 gillisq; Nostris Gentilitiis roboravimus. Die tertia Mensis  
 Maji, Anno Domini millesimo sexcentesimo sexagesimo, in  
 Monasterio Olivensi.

Georg. Lubomierski,	Ioann. Comes de Lesno,	Nicolaus Praz-	Christophorus
supremus Mar-	Palatin. Posnan. Ma-	moński, Episc.	Pac, suprem:
schalcus, Genera-	joris Polonia Generalis	Luceor. & Brest.	M. D. Litby.
lisq; Exercituum	Maisb. Kosunenſis	Regni Cancellar.	Cancellar-
Regni.	Gubernator.	supremus.	rius.

Ioann. Andreas Morſztin,	Uladislaus Rey, The-	Ioann. Gninski, Succ am-
Referendar. Regni.	saurar. Curie Regni.	merar. Pom. Cap. Gnesu.

**N**Os Senatores & Equestris Ordinis à Serenis-  
 simo Rege & Republ. Poloniæ, Lege Comitiali De-  
 legati Commissarij, promittimus & recipimus, Vi potestatis  
 Nobis à Republica concessæ, nomine Ejusdem, Nos præmis-  
 sum Articulum, omniaq; & singula in eo comprehensa Capita  
 juxta Constitutionem Regni Anno millesimi sexcentissimi quin-  
 quagesimi noni approbare & ratihabere sicuti vigore quoque  
 præsentium approbamus & ratihabemus, ita ut ejusdem autho-  
 ritatis

ritatis cum Instrumento Principali esse debeat, & haberi. Nec passuros ut ab ullo Reipub. Statu, Vasallo, Officiali aut Subdito, quovis modo violentur. Cavemusq; & promittimus, Diplomata Ratificationis hujus Pacis tam Sacræ Regiæ Majestatis quam hoc Nostrum in proximis Comitij Regni Generalibus Constitutionibus & Volumini Legum Nostrarum insertum iri.

In quorum omnium fidem præsens hæc Approbatio Manuum Nostrarum Subscriptione, Sigillisq; Nomine Senatus Celsissimi Primatis Regni, Nomine verò Deputatorum, ex Ordine Equestri, Illustrissimi Domini Succamerarij Pomeraniæ tanquam proximè præteritorum Comitiorum Marschalci firmata & roborata, eaq; eandem vim atq; robur, ac si omnium atqve singulorum Deputatorum appensa essent Sigilla, habitura est. Datum Varaviae in Convocatione solenni, Die XXVI. Mensis Junij, Anno Dn. M. DC. LX.

Venceslaus Comes de Lesno, Archiepiscopus Gnesnensis.	Andreas Trzebicki, Episc. Cracov. Dux Severia	Alexander Naruszewic, Pro-Cancellarius M. D. Lithuania.
Casimirus Dux Czartorvjski, Episc. Vladislav.	Ioannes D. Zawisza, Episcopus Vilnensis.	Ioannes Casimirus in Crasne, Supremus Regni Polon. Thesaurarius Lomzens. Prasnicens. Gubernator.
Ioannes Steph. VVydzga Episc. Varmiensis.	Ioannes Gembicki, Episc. Plocensis.	Lucas Opalinski, Marschalcus.
Thomas de Lezenice, Episcopus Chelmenensis.	Nicolaus Stephan. Pac, Palatinus Trocensis.	
Thomas Ujeyski, Episcopus Kiowiensis.	Vladisla. Comes de Lesno Paltin. Lenciciens.	
Georgius Bialozor, Episc. Smolensens. Severia & Czernichovia.	Adamus Matthias Sako-wicz, Pal. Smolensc. Administrator The-sauri M. D. L.	
Ioannes Carolus Kopec, Palatinus Pollocensis.	Ioannes Tarlo, Palatinus Lublinensis.	
Casimirus Wlaszewski, Palatinus Brestensis.	Stanislaus Laskowski, Palatin. Plocensis.	

Christoph. de Gzymul-  
tor vice Gzymultowski  
Castellan. Pofnaniens.

Ioannes VVielopolski,  
Castell. VVoinicensis,  
Varfaviens. Gubern.

Andreas à Przyma,  
Przyiemksi, Castell:  
Lenczye.

Alexander Sielski à  
Sielcz, Castellanus  
Gnesnensis.

Sigismundus de Pleszo-  
vice Fredro, Castell.  
Sanociens.

Albertus de Mokronos  
Mokronowski, Ca-  
stellan. Raven.

Eremianus Dembinski, Castel-  
lanus Rogozinensis, Capita-  
neus Treidinenfis.

Joann. Franciscus Lubowicki,  
Castell. Chelmenfis.

Ioannes Lenowicz, Marschal-  
cus Olmianensis Deputatus.

Nicolaus Franciscus Rosocha-  
cki, Judex Terrestris Pala-  
tinatus Trocensis Deputat.

Vladislaus Victorinus Sicinski,  
Dapifer Upiensis Deputat.

Stanislaus Domaszewski Wid-  
lica, Capitaneus Lukoviensis  
Rotmagister S. Sacrae Regiae  
Majestatis.

Albertus Opacki, Succamerar.  
Varfaviens. Cap. Latovicen.  
Deputat. Terrae Varfaviens.

Olbrachtus Adrianus Lafocki,  
Dapifer Terrae Vissogrodien-  
fis, Deputatus Ducatus Ma-  
soviae.

Ioannes Albertus Lipski, Suc-  
camerarius Ravenf. Inowlod.  
Stanisl. Capit.

Georgius Tynicki, Sacr. Reg.  
Majestatis Secretarius, Du-  
catus Ofwiecimensis & Zar-  
torienfis Deputatus.

Constantinus Alexandrowicz,  
Sub-Judex Grodnensis De-  
putatus.

Samuel à Rudno Rudzienski,  
Vexillifer Cernensis, Depu-  
tatus Ducatus Mazoviae Ter-  
rae Cernensis.

Ioannes Korfak, Succamme-  
rarius Polocensis Deputatus.

Christophorus Antonius O-  
brinski, Succammerarius  
Novogrodensis Palatinatus  
Deputatus.

Martinus à Obory Oborski,  
Succamerarius Terrae Liven-  
fis & Ejusdem in Ducatu  
Masoviae Deputatus.

Valeri,

Valerianus Potrykowski, Succamerarius Rozanensis Macovien. Deput. Duc. Macov. Alexander à Budzislaw Vysocki Venator Palatinat. Brestensis Deputatus Palatinatus Jon-Vladislaviensis.

Joannes Ignatius Bonkowski, Succammerarius Culmenensis Consiliarius Terrarum Prusis Deputatus.

(Locus Sigilli)  
(appensi.)

Nicolaus à Radzanow Labicki, Succamerarius Gostinenfis & Deputatus Palatinatus Ravenfis.

Joannes Albertus in Mezenin Opacki, Succammerar. Terræ Visnenfis Deputatus Terræ Visnenfis.

Joannes Petrus Tucholka, Notarius Terrestris Palatinatus Pomeraniæ Deputatus.

(Locus Sigilli)  
(appensi.)

**A**NNO millesimo sexcentesimo sexagesimo die decima sexta, Mensis Augusti, Præsens Hocce Instrumentum ab Illustrissimo atque Excellentissimo Domino Legato Mediatore in Actu Commutationis Ratificationum subscriptum, Illustrissimo atque Excellentissimo Domino Legato Plenipotentiaro Electorali Brandeburgico redditum est. Gedani, Anno & die ut supra.

A. de Lumbres.  
(L. S.)



*Ratificatio Regis & Regni Sveciæ  
Articuli Declaratorij ratiõne Traditionis Elbingæ.*

**N**OS CAROLUS, Dei Gratiâ, Svecorum, Gothorum, Vandalorumq; Rex & Princeps Hæretari-

ditarius, Magnus Princeps Finlandiæ, &c. &c. &c. Notum te-  
statumq; facimus Universis & Singulis quorum interest, in Tra-  
ctatibus Pacis perpetuæ inter Nos Regnumq; Sveciæ & Scenis-  
simum Regem & Rempub. Poloniæ Ejusq; Fœderatos Olivæ  
institutis, à Legatis Plenipotentarijs Nostri Articulum Sepa-  
ratum Declaratorium Articuli Secundi, qui de Amnestia in In-  
strumento Pacis habetur, uti sequitur editum atq; à Partibus  
acceptatum esse.

Nos infra scripti S. R. Majest. Regniq; Sveciæ ad Tractatus  
Sveco-Polonicos Legati Plenipotentarii, Sereniss. Regis Re-  
gni; Sveciæ Nomine declaramus, Ea, quæ in Instrumento Pa-  
cis, Articulo Secundo de Redintegratione Jurium disponuntur  
non debere concernere Ditiones, Status, Civitates, Terras &  
Loca, quæ à Sua Serenitate Electorali Brandeburgicâ possiden-  
tur, nec eo trahenda, neq; ob stare Eundem Articulum, quo mi-  
nus Sux Serenitati Electorali Elbinga Jure quod Eidem Sux  
Serenitati Electorali competere potest, tenenda tradatur; Sal-  
vis de extero Ejusdem Civitatis Privilegijs & Immunitatibus,  
tam in Ecclesiasticis, quam Politicis, salvo itidem Jure Retra-  
ctus Conventionalis Serenissimo Regi & Reipublicæ Po-  
loniæ quoad Elbingam, atq; hæc Declaratio eandem vim  
cum Instrumento Pacis hodie subscripto obtinebit. Proinde  
Nos supra scripti promittimus, hanc Declarationem eodem  
tempore, quo Ratificatio Principalis Instrumenti Pacis expe-  
dietur, per peculiare Diploma Ratificationis ratihabitu, eoq;  
Nomine illud Dominis Polonicis Commissarijs eodem tem-  
pore quo Ratificatio Principalis Instrumenti extradetur & com-  
mutabitur, iisdem pariter traditum iri. In cujus rei fidem Nos  
eandem Declarationem Subscriptione & Sigillis Nostri Gentilitijs  
corroboravimus. Actum Olivæ die 3. Maji, st. n. 1660.

Magnus Gabriel  
de la Gardie.  
(L. S.)

Benedictus O-  
xenstiern.  
(L. S.)

Christop. Carol. Schlip-  
penbach.  
(L. S.)

A. Gùldenclaa.  
(L. S.)

**N**OS CAROLUS, Eadem Gratiâ Svecorum,  
 Gothorum, Vandalorumq; Rex & Princeps Hæredi-  
 tarius, Magnus Princeps Finlandiæ, &c.&c.&c. Hiscæ  
 præmissum Articulum ratihabemus & approbamus, ita ut Ejus-  
 dem autoritatis cum Instrumento Principali esse debeat & ha-  
 beri: In quorum majorem certitudinem ac fidem, hæscæ Si-  
 gillo Regni Nostri Majori ac Honoratissimæ & Charissimæ  
 Matris Nostre Regniq; Nostri Administratorum & Senato-  
 rum manibus corroboratas extradi jussimus. Dabantur Stok-  
 holmiæ die decimo quarto Junij, Anno supra millesimum sex-  
 centesimum sexagesimo.

**HEDEWIG ELEONORA.**

Petrus Brahe, Comes in VVising sborg, Magnus Gabriel Lars Kagg.  
 S. Drozetus. de la Gardie.

Thuro Sparre, Dicasteryj Seyed Dãdt. Reg. Hermann Fleming.  
 Regij Consiliarius, Comer. Coll. Præses.

Gustavus Bielke. Schering Rosenhane, Conf. Carolus Mörner.  
 Cancell. & Castellanus Præses Dicasteryj.  
 Stokholmensis. Dorpatensis.

Gustavus Bonde. Gabriel Oxenstiern, Comes Arfurdus A. Tott  
 in Korsholm & VVasa, Forbus, Comes in Ka-  
 R. S. Marefchall. rieborg, R. S.  
 Magnus Stabuli  
 magister.

Christoff Hoöen / R. S. Rei Tormen- Claudius Bielkenstierna.  
 taria Summus Præficus.

Axelius Sparre, R. S. Venator. Johannes Rosenhane.  
 Nicolaus Brahe, Comes in VVising sborg. Christer Horn.

Benedictus Moyn, Guber- Gustavus Possé, Reg. Georgius Fleming.  
 nator Esthonia. Cancell. Consil. Consiliarius.

( Locus Sigilli )  
 ( appensi )

Edvard Ehrensteen.

**I**N hoc Originali, quod commutato solenni Ratificationis Regiæ Svecicæ Instrumento, cum Ratificatione Serenissimi Electoris, hodie quoque; extraditum est, Illustrissimus atque Excellentissimus Dominus Mediator Verbum Brandeburgica consensu Partium manu sua in margine posuit. Actum Gedani die 16. Augusti st. n. 1660.

*AD. Lumbres.*

(L. S.)

*Christoph. Carol. Schlippenbach.*

(L. S.)

(*Locus Sigilli Regij*)

(*appensi*)

Godofredus von Schröder

Reg. Legat. Sved. Secret.

(L. S.)



**C**Hristianissimi Regis Legatus & ad Tractatum Pacis Polono-Svecicæ S. S. Majestatis Nomine ac Mandato Mediationis Officio fungens.

**N**otum facimus omnibus & singulis, quorum interest, cum Articulo secundo Instrumenti Pacis hodiè subscripti, caveretur Civitates Prusicæ Regalis, aliasque; Communitates, quæ partibus Svecicis adhæserunt in omnia, Jura, Privilegia, Immunitates & Libertates debere restitui; Petierunt Illustrissimi atque Excellentissimi Domini Plenipotentiarii Serenissimi Principis ac Domini Electoris Brandeburgici, ut adderetur, id fieri quoad Elbingam aliaque; acquisita Jura, sine præjudicio Pactorum initorum inter Serenissimum Regem & Rempubl. Poloniæ ab una parte, & suam Serenitatem Electoralem ab altera, cui additioni consensit Legatio Polonica, declaravitque; se præmemoratis Pactis nihil velle derogare, sed ea in omnibus Punctis & Articulis bonâ Fide observare; Legatio vero Svecica  
ad-

additioni illi se opposuit, ea de causa, quod ista Pacta, cum sint inter alios conventa approbare vel improbare Svecia non teneatur, promisit tamen Articulo separato ab Instrumento Pacis eodem tempore ratihabendo sese declaraturam, quod & præstitit, Nomine Serenissimi Regis Regniq; Sveciæ non impedire, quo minus Elbinga Sua Serenitati Electorali extradatur, nec eam Traditionem pro ruptura aut violatione Pacis habendam fore.

In cuius rei fidem evidentiusque Testimonium præsententes manu nostra subscriptas, Sigillo nostro Gentilitio munivimus. Datum in Monasterio Olivensi, die 3. Mensis Maji, Anno Salutis millesimo, sexcentesimo sexagesimo.

A. de Lumbres.  
(L. S.)

SACRÆ Reg. Majestatis Reiq; publ. Poloniæ Legati & Commissarii Plenipotentiarii, hisce Illustris. & Excellentis. Regis Christianissimi Legato declaramus, Nos consentire, ut quam primum Ratificatio specialis Articuli Declaratorij separati Svecici super Articulo secundo Instrumenti Pacis ad manus S. Excellentiæ à Commissario Svecico reddita fuerit, eandem ad manus Commissarii Polonici consignet, Ille vero Sereniss. Elect. Brandenburg. Commissario statim extradat. Datum in Monasterio Olivensi, die 3. Maji Anno Salutis 1660.

Ioannes Comes de Lesno, Palat. Posn.  
Majoris Polon. Gen. S. R. Regniq;  
Polonia Legatus Plenipotentiarius.

Ioannes Andreas Morstyn, Rese-  
rendarius Regni, Legatus Pleni-  
potentiarius.

Christophorus Pac, supremus Can-  
cellarius & Legatus Plenipoten-  
tarius M. D. Lithuania.

Ioannes Gninski, Succamerar. Po-  
merania, S. Reg. Regniq; Polonia  
Legatus Plenipotentiarius.

---

F I N I S.



